



FRANC.

HOTOMANI  
IVRISCONSVL  
COMMENTARIVS

I N

Duos Digestorum tractatus obscurissimos:  
Quib. non est permis. fac. test.

¶

De Liberis & Postum.

Bat.

EX SCHOLIS VALENTINIS.



L V G D V N I,

APVD CLAVDIVM SENNETONIVM.

1565.



ENIM VNDVS BONEFIDIUS  
IVRISC. VNIVERSITATIS VALEN-  
tinæ Rector & professor, adole-  
scientibus iuriis studiosis  
S. D.

**V**OD est in veteri proverbio (*Adolescentes studiosi*) In-  
fortunium nunquam solum euenire mortalibus: id nos in  
academia nostra Valentina nuper experti sumus. Nam  
vixidum fere funesto nostro ciuili bello defuncti eramus,  
cum ecce tibi pestilentia tanta toto Delphinatu nostro exorta est, ut  
non modò scholam nostram, sed prope etiam ciuitatem omnem absor-  
buerit. Veruntamen est Deo gratia quod enim nobis in infortunio, idē  
contrā in prosperitate vñuenit: vt ea nobis conduplicaretur. Postea-  
quam enim Franc. Hotomani Jurisconsultum clarissimum Aca-  
demia nostra instauratorem nati sumus, tum singulari Regis nostri  
benignitate nuper factum est, ut eiusdem academia dos altero tanto  
amplificaretur: sublato Gratianopolitano impedimento, & illius scho-  
la auctoramento nobis per sanctioris Senatus Regij decretum attribu-  
to. Itaque magna iam nos spes tenet, fore, ut collegis aliquot in societa-  
tem nostram ascitis, breui Academia nostra cum ijs qua celeberrima  
putantur, equari possit: omnibus certatim in hoc studium incumben-  
tibus, ac præsertime eodem Doctore Hotomano: cuius dictata scholasti-  
ca quia cuiusmodi sunt, in vulgus notū esse per magnū interēst: paucula  
hoc illius in duos obscurissimos Pandectarum tractatus diuulganda  
curauimus. ut & quod nos biennio ante de ipso vobis polliciti eramus,  
cumulate ab eo præstitum cognoscatis: & quid in posterum ab ipsis  
industria expectandum sit, existimare possitis. Valete adolescentes  
studiosi, & viri dottissimi laboribus, dum vobis facultas est fruimini.  
Valentia XV. kal. Septemb. 1565.



## FRANC. HOTOMANI

IVRISCONS. COMMENTA-  
RIVS IN TIT. PANDECTARVM

Qui testamenta facere possunt,  
& quemadmodum testa-  
menta fiant.

### Lex I.

#### MODESTINVS. Libro secundo Pandectarum.

TESTAMENTVM est voluntatis nostra iusta  
sententia de eo quod quis post mortem suam fieri  
velit.

#### COMMENTARIUS.



VSTA SENTENTIA.  
Απόλληπ homo Græcus di-  
cere voluit, melius Enun-  
ciationem dixisset: multo  
melius Testationem: vt VI  
pianus cap. Instit. xx, Testa-  
mentum est iusta contesta-  
tio. Testamentum enim ex potiore sui parte de-  
finitur, censetur, ac denominatur. potiorem au-  
tem partem esse non decretum, seu dispositio-  
nem testatoris: sed ipsam testium contestatio-  
nem à testatore factam vel ex eo patet, quod VI-

a 2 pianus

pianus scribit in l.fideicomissa, ii, §. i, D. de leg. 3. quamvis testator decretum suum perscripserit, si tamen ante cōtestationem deceperit, scripturam hanc ne pro codicillis quidem valere. Iusta autem, triplici ratione dicitur: Primum respectu testatoris, deinde institutionis heredū, postremò ritus & obseruationis quæ in facie dis testamentis præscripta est. In persona testatoris hoc exquiritur, vt paterfamilias sit: propter legis verba, PATER FA. VTI LEGASSIT &c. non tantum, verum etiam, vt se patrem famil. esse exploratum habeat, neque de statu suo dubitet. l. 14, & l. 15, infrā eod. In institutione autē primū vt plene atque integrēmentem ac voluntatem suam enuntiarit. IUSTA enim quæ suis numeris cōstant plerumque appellamus. Itaque si cum plures nuncupare heredes veller, unius heredis nomine pronuntiato obmutuisset, non testamentum fecisse, sed potius facere cępisse, intelligitur. l. si is qui, 15, infrā eod. De ritibus autē plena sunt omnia: vt septem testes adhiberentur, omnes ciues Romani, omnes puberes: item vt adhiberentur rogati, assidueque ad fine m vñque supereffent. Item vt uno contextu actionis omnia perficiantur, & testes eodem in vestigio subscribant atque obsignent: vt certis & sollemnibus verbis conciperentur, quæ Directa vocabantur. l. quoniam, 15, C. de testam. l. directas, C. de testam. manu. Hinc illud Quintiliani lib. iii, cap. vi: Esse aliquid natura æquum, sed prohibiti-

tum

tum iure: vt libertas testamentorum.

*De eo quod.* Sic Vlpianus: In id sollemniter facta, vt post mortem nostram valeat. Potuit accuratius differentia notari. nam hæc omnia & in codicillos, & in mortis causa donationes, transferri possunt: in quibus testatio iusta interponitur. l. vlt. C. de Cod. l. vlt. C. de mort. caus. don. Fiunt autem vt post mortem denique nostram valeant. Potuit igitur hæc communitas ita remoueri, DE UNIVERSO iure nostro post mortem nostram in alterum trāsferendo. Nam in illis, de parte bonorum testatio fit: in hoc, de iure vniuerso. Fideicommissarii autem Codicilli prorsus ex leges sunt. Potest tamen pro hac definitione pugnari: si quia verba DE EO infinita sunt, ea dicamus pro vniuersalibus valere. Ut autem quantum inter testamentum & ceteras ultimarum voluntatum species intersit, planius intelligatur, eas omnes hoc loco enumera-bimus. Tredecim enim obseruauimus. Prima est: Testamentum scriptum, quod septē testium rogatorum subscriptione & ob-signatione uno contextu facta constat. Secunda, Testamentum nūcupatum, quod totidem testium rogatorum sola contestatione & testatoris pronuntiatione confirmatur. Tertia, Testamentum militare, quod duorum testium præsentia cōtentum est. Quarta testamentum rusticum, quod quinque testibus constat. l. vlt. C. de testam. Quintra, libellus Principi pro tribunali cum consilio se-

a 3 denti

denti oblatuſ. I. omnium, 19, C. de testam. Sexta, Professio apud acta iudicis aut municipum. d. I. omnium. Septima, Codicilli, qui scripto quinque testium etiam non rogatorū, præsentia confirmato valent. I. vlt. C. de codicil. Octaua, Dispositio inter liberos, quæ quinque similiter testibus contenta est. I. hac consultissima, 21, §. ex imperfecto, & §. vlt. C. de testam. Nona, Donatio causa mortis, quæ in legatorū & ultimarum voluntatum ordinem relata, totidem testibus comprobatur. I. vlt. C. de mort. caus. don. Decima, Epistola in mortis tempus obſignata, cum quis sua manu in charta scripsit, se aliquid aliqui donare: quam chartam non nisi post mortem suam aperiri vult. I. miles ad sororem, 75, I. cū pa-ter, 77, §. donationis, D. de legat. secundo. Cuius tamen rei quinque testes esse oportere, vel ex eo intelligitur, quod in d. I. vlt. C. de codicill. statuitur, ut omnium ultimarum voluntatum ne minus quinque testes sint. Et de hac decima men-  
tio fit in I. 4, C. de heret. & manich. Undecima, Rogatio legitimorū heredum, quæ sola nuncupatione, & quinque testium depositione constat. I. ex testamento, C. de fideicom. I. generaliter, 24, §. ex testamento, D. de fideic. libert. Duodecima est, Iuratoria exactio de qua in I. vlt. C. de fideicom. cum defunctus nullis testibus adhibitis heredem dare facere aliquid ius sit: eiusq; rei iurandum ab eo legatarius exigit: quæ sa-  
nè ratio periculosa est, nec Platonis institutis satis

satis consentanea. Decimatertia, Testatio apud amicos ab eo qui ægrotaret facta, de re quapiam singulari post mortem relinquēda. I. Pamphilo, 39, §. 1, D. de leg. tertio. Iam quod addidit V O-  
L V N T A T I S, sic intellige, Postremæ. nam in eo dein testamento mutari voluntas potest, & qui heres scriptus est, exheres scribi. I. Seius, 27, Ad leg. Falcil. paterfa. 44, D. de hered. insti. I. vxo-rem, 41, §. eius heres, D. de lega. tertio. Item qui exheres scriptus est, heres scribi. I. si filium, 21, D. de lib. & postu. Item quæ data est hereditas, veltora, ve ex parte adimi. I. 1, §. pen. D. de his quæ in testam. delen. Denique testamentum interdum non una voluntas & scriptura est, sed cum plures sint, ex postrema censetur. I. si quis cum, 16, D. de vulg. substi. I. diui, 6, §. licet, de co-  
dicill. Vnde Vlpianus in I. si quis, 22, D. de leg. tertio, Nemo, inquit, eam sibi legem potest dicere, vt à priore ei recedere non liceat.

## Lex II.

LA B E O libro primo posteriorum Iauoleno  
Epitomatorum.

In eo qui testatur, eius temporis quo testamen-  
tum facit, integritas mentis non corporis sanitas  
exigenda est.

## COMMENTARIUS.

Eius quo. Hoc in responso dubitandi causa  
duplex est: prior generalis est: quoniam plerum-  
que

que accidit, ut mens morbo corporis affecta sibi non satis constet: ut in l. ob quæ vitia, 4, D. de ædil. edict. Si vitium, inquit, corporis usque ad animum penetrat, forte si propter febrem loquatur aliena, vel quæ per vicos more insanorum deridenda loquantur, in quo sit animi vitium, quod ex corporis vitio accedit. Itaque Paulus in l. 17, infra eo. In aduersa, inquit, corporis valetudine mente captus eo tempore testamentū facere non potest. quod idem traditur in l. 3, C. qui test. fac. non poss. Altera dubitandi causa sub his verbis subest, **E I V S T E M P O R I S**: an testamentum eius qui sana mente testatus aliquanto post vi morbi in mentis errorem incidit, eueratur. sed Papinianus in l. vlt. D. de iniust. rupt. tantum abesse ostendit, ut rumpatur, ut etiam si in isto mentis errore testamenti sui tabulas inciderit, tamen testamentum non rumpat. quod idem in l. 3, C. qui test. fac. de eo traditur, qui vi morbi oppressus sibi ipse mortem consciuit.

## Lex IIII.

## PAPINIANVS libro quartodecima

## Questionum.

*Testamenti factio non priuati, sed publici iuris est.*

## COMMENTARIUS.

Testamenti faciendi ius non à priuato aliquo sed à sola lege vel conceditur vel admittitur.

*Non priuati. Aliud est testamentum, aliud testamenti*

## DE TESTAMENTIS.

9

stamenti factio. Testamentum est ipsum opus effectum: ἀποτέλεσμα. Factio, ius faciendi continet. sicuti cùm dicimus Iuris dictio, id est, iuris dicendi potestas: Tutoris datio, id est, dandi potestas, l. 6, §. 2, detut. Testimonii dictio, id est, testimonii dicendi ius: apud Comicum: seruum hominem causam orare leges non sinunt: Neque testimonii dictio est. Ignominioso non est legis actio, id est, lege agendi ius. Rursus, Testamentum inter acta priuata numeratur. Cicero Philip. II: In publicis actis, nihil est lege firmius: in priuatis, firmissimum est testamentum Hæc iuris publici est, hoc est, non ullius priuati voluntate, sed lege certa aut conceditur aut denegatur. l. 6, infra co. l. Paulus, 47, §. 2, D. de bon. lib. l. quod bonis, 15, §. 1, D. ad l. falc. vbi ne is quidem cuius solius interest leges testamentarias obseruari, potest quicquam de legibus testamentariis remittere. Rursus priuatorum voluntate non admittitur. l. testamenti, 23, C. de inoffi. test. Quin ne per principis quidem rescriptum rescindi potest. l. si testamentum, 10, C. de testim.

## Lex IIIII.

## CAIUS libro secundo Institutionum.

## Argumentum.

In testamento cognoscendo prius an factio fuerit, quam quale factum sit exquirendum est.

*Si queramus an valeat testamentum, in primis animaduertere debemus, an is qui fecerit testamentum*

b cum

tum habuerit testamēti faētionem: Deinde si habuerit, requiremus an secundum regulas iuris Ciuilis testatus sit.

## COMMENTARIVS.

*In primis.* Causa efficiens prior & antiquior est forma. Prior igitur illius quām huius disquisitio & cognitio est. Nam si illa abest, hæc quoq; absit necesse est. at non si hæc adsit, continuo & illa adest. tametsi ne hæc quidem vere adesse, sine illa, possit. Denique ius testamenti non in se ipso vertitur tantum: sed aliunde, hoc est, ex iure testatoris præcipue pendet. Quare qui de testamenti iure Iurisconsultus interrogabitur, prius de eius qui fecit iure, quam de faciendis ritu & forma inquirat, necesse est.

*Faētionem habuerit.* Id quod duobus temporibus exquiritur: primū, testamenti faciendi, deinde mortis.

Lex V.

VLPIANVS Libro sexto ad Sabinum.

## Argumentum.

Reste testatur, qui decimiquarti, quæve duodecimi anni superius, premum diem agit.

*Aqua etate testamentum vel masculi vel feminæ facere possunt videamus. Verius est in masculis quidem quartum decimum annum spectandum, in feminis vero duodecimum completum. utrum autem excessisse debeat quis quartum decimum annum, ut testamentum facere possit: an sufficit comple-*

plesse: propone aliquem Kalendis Ianuarijs natum, testamentum ipso natali suo fecisse quartodecimo anno: an valeat testamentum? dico valere: plus arbitror: etiam si pridie Kalendarum fecerit post sextam horam noctis, valere testamentum: iam enim complesse videtur annum quartum decimum, ut Mariano videtur.

## COMMENTARIVS.

*A qua etate.* Puto & QVA AETATE, scribendum: & hæc Sabini esse verba usque ad verbum, VTRVM autem.

*Vel femina.* Vlpianus cap. Inst. xx: Fœminæ, inquit, post duodecimum annum ætatis testamenta facere possunt, tutore auctore, donec in tutela sint. Eunuchis autem etiam testamenti faciendi ius est: l. 5, C. qui test. fac possit item Hermaphroditis, castratis & spadonibus. l. 6, infra de lib. & postum. Paulus autem lib. Senten. III, spadones, inquit, ex tempore testamentum facere possunt, quo plerique pubescunt: id est, anno decimo octauo.

*Verius est.* Significat varias hac de re Iurisconsultorum sententias fuisse: quippe, cum pubertatis tempus definitum nondum esset. Itaq; Vlpianus cap. Inst. x. nihil de ætate præfiniens: impubes, inquit, dicet sui iuris sit, testamentum facere non potest: quoniam nondum plenum iudicium animi habet. quod idem Imp. tradit in §. 2, Quib; non est permis. fac. test. Sabinum autem

b 2 Paulus.

Paulus sequitur lib. sent. III, cap. III.

*Utrum autem.* Additamentum hoc Vlpiani esse arbitror: qui Complexisse annum vult eum qui supremum anni diem attigit: Excessisse, qui iam transgit.

*Ipsa natali suo.* Duplex proponitur *consultatio*: prior, de die Naturali: altera de Ciuitate: Naturalis est ab ortu ad occasum: & duodecim horis constat. Ciuilis à media nocte ad insequentis noctis partē medium: & xxiiii. horis constat. I. more Romano, 8, D. de feriis & dilat. Ergo si qui Kal. Ian. natus erat, supremo anni decimiquarti die lucente iam sole testamentum scripsiterit, propterea non iure testatus videbitur quia Annus (vt Varro scribit) dictus est vt circus: sicuti Annulus, circulus. Ex quo sequitur, vt Annus, non prius quam orbis eius plane conuersus sit, numerari possit. Id quod in restituendis minoribus & temporalium actionum præscriptionibus obseruatur: vt à momenti ad momentum ratio ineatur. l. 3, §. minorem, D. de minorib. l. 6, D. de oblig. & act. Sed ea testamētorum ratio & fauor est, vt istiusmodi minutias repudiet. & annus in testatoribus non ad momentum sed ad diem computetur: vt qui eius partem ad quam exegerit, totū iam exegisse videatur. Quod idē & in manumissorum ætate fauore libertatis probatum est. l. 1, D. de manumiss. & in legis Papiae beneficio. l. anniculus, 134, D. de verb. signif. & in usucaptionibus. l. 6, & l. 7, D. de usurpat.

Pridie

*Pridie Kalendarum.* Supremæ anni noctis posteriores sex horæ alterius anni sunt, qui incipit ex Kalendis: vt ait Q. Mutias apud Macrob. lib. Saturni. 1, cap. III. & Gelliū lib. III, cap. II. Itaque Kalenda à media præteritæ noctis parte numerantur: quem Ciuilem diem appellari superius ex Cestriino docuimus: & xxiiii. horis constare. Quod cùm ita sit, mirè dixit Vlpianus R.R. D I E K A L. post sextam præteritæ noctis horam. sed vel populariter illum locutum dicendum est, quasi kalendæ à solis exortu cœpissent, vel multo cōmodius futurum fuisse hōc modo. Etiam si fecerit post sextam horam noctis pridie kal. Quem verborum ordinem ipse idem in l. 1, de manumis. præclare fecerit est, vt Noctis pridie dictum sit, pro, Eius noctis quæ diem Kalendarum naturalem, idest kalendarum solem antecessit. vt ante solis exortum testamentum scriptum sit. Sic malo: quam D I E P R O P R I D E corrigere: præsertim propter d. l. 1, de manumis.

Lex. Lib. 15. cap. V. I.

CAIVS Libro septuaginta ad Edictum

provinciale.

Argumentum.

Filius fa. ne patris quidem permisso testari potest.

*Qui in potestate parentis est, testamenti faciendi ius non habet, adeo vt quamvis pater ei permittar, nihil magis tamen iure testari possit.*

b 3 Com

## COMMENTARIUS.

*Non habet.* Idem in l.3, col. penul. C. qui test. fac. pos. & §. i, Inst. Quib. non est permis. Vlpianus causam ascribit: *Quia nihil suum habet ut testari de eo possit.* cap. Inst. xx. At moris causa donare patris permisso potest. l. tam is, *D. de mort. cauf. donat. vere igitur & summa causa est: quia lege xii. tab. prohibetur: quæ cum ita concepta sit: PATERFA. VTI legassit &c. perspicue filiosfa. remouet.* *Quin nec ab eo quidem qui paterfa. nec ne sit, ignorat, fieri testamentum posse: ac ne codicillos quidem: patet ex l. aristo,* 2. De iur. codicil.

*Quamvis pater.* Cur igitur patris permisso donare mortis causa potest? *Quia testamenti factio publici iuris est: mortis causa donatio non est.* Neque igitur quod alicui lex concessit, ei priuati hominis voluntas potest eripere: neque quod alicui lex negavit, id ei permettere priuatius potest. vt in l.3, dictum est. At potest princeps, cuius eadem quæ legis vis ac potestas est. Itaque D. Augustus de Castrensi peculio testandi potestatē filiosfa. dedit. vti scribit Vlp. cap. Inst. xx. & Iustinianus, §. i, Quib. non est permis. Causa igitur constitutio hæc erit. Cum filiusfa. patris permisso testamentum fecisset, eo mortuo scripti heredes hereditatem petebant. Intentio igitur Agnatorum hæc fuit: *Testamentum nullius momenti est.* D. iure ratum & iustum est. Q.

Ratum

Ratum ne an irritum sit testamentum? R. *Quia patria potestas quæ testamenti factione illū priuabat, ei hæc ex parte remissa est.* F. At non patria potestas, sed lex xii. tab. iusque publicum ei testamenti factiō adimebat. Disceptatio ex contrarie scriptis nascitur: An cū patriæ potestatis remissio libera sit, tamen propter ius publicum testamenti factio remitti non possit. Respondetur autem, Emancipationem quidem esse liberam: sed simul etiam indiuiduam esse: ne que patriam potestatem ex parte soli, ex parte retineri posse. Nisi forte vt superius diximus, principis permisso: cuius eadem quæ legis vis ac potestas est. Itaque videmus in l. ii ab eo, C. de legit. heredib. propter rescriptum principis contra iuris communis ordinem, Emancipatum ius agnationis retinere, quod cum privilegium sit, produci ad alios non potest. Mirificum igitur hoc testamentorum ius notandum atq; obseruandum est: vt qui & magistratus summos & imperia maxima gerere, summam denique Republicæ tenere atque administrare possunt, tamen testamentum facere ne permisso quidem patris possunt. Cuius rei ratio tota in eo solo posita est: quod Lex illa concessit, hoc negavit.

## §. Surdus.

## Argumentum.

Surdus & mutus testari sine principis permisso non possunt: sed hoc vitium testamenti facto contingens, illud non vitiat.

*Surdus, mutus, testamentum facere non possunt:*

sed

*sed si quis post testamentum factum valetudine aut quolibet alio casu mutus aut surdus esse coeperit ratum nihilominus permanet testamentum.*

#### COMMENTARIUS.

*Surdus, mutus. Recte: cum in aliis, Surdus & mutus, & contra latinæ linguæ consuetudinē propter verbum POSSUNT: & ad sententiam obscurè atque ambiguè legatur, quasi de eo tantum, qui simul surdus & mutus esset, ageretur.*

*Non possunt. Quia neque mutus, testes ut sibi operam dent, rogare: neque surdus, eosdem testimonium perhibentes audire potest, quorum vtrumque exquiritur. l. hæredes, 21, §. pen. D. Qui testam. fac. poss. Mutus præterea nuncupare heredes non potest. de quo in eiusdem l. initio*

*Sed si post. Hoc idem traditur in l. confirmatur, 8, §. 2, de iur. codicill. §. 23. Quib. non est permis. Dubitandi causa esse potuit, vel quia de mentis ac voluntatis suæ perpetuitate mortis tempore non constabat: in qua tamen perpetuitate & constantia vis testameti posita omnis est: vel potius quia testamenti factio etiam mortis tempore exquiritur. Sed non est nouum ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent: licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. l. in ambiguous, 85, de reg. iur..*

#### Lex VI.

*AEMILIUS MACER libro primo ad legem censimam hereditatum.*

Si

*Si mutus aut surdus ut liceret sibi testamentū facere à principe impetraverit, valet testamentum.*

#### COMMENTARIUS.

*A principe. Hoc militibus in numeris manentibus licuisse, & iure militari licuisse, Vlpianus auctor. l. 4, D. de test. milit. postea Iustinianus id quod proprio & certo priuilegio impertrandum erat, omnibus concessit. l. discretis, 10, C. hoc tit. cuius hæc summa est: Qui tantummodo surdus est, nuncupare testamentum potest. qui tantum mutus, sua manu scribere. qui & mutus & surdus est, si natura, nihil potest: sin casu, manu sua scribendi potestatem habet. Testator autem qui neque scribere, neque articulate loqui potest, mortuo similis est: inquit idem in l. iubemus, 29, C. de testam.*

#### Lex VIII.

*GAIVS libro septuaginta ad Edictum Provinciale.*

#### Argumentum.

*Testamentum, ab eo qui seruus erat hostium, factum, non valet. Item, Aquæ, ignis interdictio, in insulam deportatio, ad ferrum, bestias, & metallum damnatio, testamentum & antè & post factum infirmant: at relegatio, locisque alicuius interdictio, nequaquam.*

*Eius qui apud hostes est, testamentum quod ibi fecit, non valet, quāvis redierit. Si cui aqua (t) igni interdictum sit, eius nec illud testamentum valet quod antè fecit: nec id quod postea fecerit. Bona quoque*

quæ quæ tunc habuit cum damnaretur, publicabuntur, aut si non videantur lucrosa, creditoribus concedetur. In insulam deportati in eadem causa sunt. Sed relegati in insulam, et quibus terra Italica et sua prouincia interdicitur, testamenti faciendi ius retinent. Si vero qui ad ferrum, aut ad b<sup>ut</sup>ias aut in metallū damnantur, libertatem perdunt, bonaq<sup>ue</sup> eorum publicantur. Vnde apparet amittere eos testamenti factionem.

## COMMENTARIUS.

*Quod ibi fecit.* Caput hoc transcriptum est à Treboniano in §.4, Inst. De hered. qualit. & diff. Huius autem prioris partis ratio est hæc, quia cū status eius fixus & certus non sit, sed ex incerto futuri temporis euentu pendeat, iis actionibus, quæ ciuium R. propriæ ac præcipuæ sunt, vti non potest. Vnde Vlp. l. 10, De test. mil. Facere, inquit, testamentum hostium potitus nec iure militari potest. Quid ergo si antea fecisset? Decurtatus hic Caii locus est: quem Imperator plenius sic exposuit: Sed quod dum in ciuitate fuerat, fecit: siue redierit, valet iure postliminii: siue illic decesserit valet lege Cornel. Quod autem hoc loco de hostibus dicitur, idem etiam in iis locū habet, cum quibus neque amicitiam, neque hospitium, neque fœdus habemus: l. 5, §. 1, D. de captiu.

*Quamvis redierit.* Dubitandi caussa ex postliminii iure nascebatur: quo reuersus ab hostibus semper

semper in ciuitate fuisse fingitur. retro, D. de captiu. Sed Legis æquitas est, quia testator dum ius suum pendet eo iure, quod Quiritium proprium est, vti interea non potest. vt in l. in bello, 12, §. medio, D. de captiuis: vbi pater, qui apud hostes est, filii vxorem in ciuitate ducētis concubare nuptiis nō potest: vti nec dissentire. Testamenti ergo factio in captiuo pendet. Quā uis autem redierit, tamē propter Catonianæ regulæ rationem testamentum non ex incerto futuri temporis euentu, sed ex ipsius actionis tempore æstimandum est.

*Quod ante fecit.* Nam propter capitil demissionem irritum fit, l. si quis filio, 6, §. eius qui, De iniust. rupt. Sed quæri posset, quomodo id quod lege & rite factum est, propter casum aliquem aduentitium sine lege contraria rescinditur: Respondendum igitur, verè contrariam legem interuenire: nemini enim aqua & igni sine lege magno comitiatu lata interdicebatur: vt in xii. tab. docuimus.

*Postea fecerit.* In ea conditione: Restitutus autem testamenti quoque factionem recuperat. l. vlt. C. de sent. pass.

*Quæ tunc habuit.* Aperte igitur ea excludit, quæ postea quæsita sunt. item vt apud Paulum in l. si mandauero. 22, §. is cuius, D. mand. Contrarium Alexáder Imp. in l. 2, C. de bon. proscript. Neque dici potest, superiores leges hac constitutio abrogatas, nā Alexandro imperante Pau-

lus scripsit. Multo minus, tractare Paulum de eo cuius bona sine capit is deminutione publicata sunt. nam Caius hoc loco de Aquæ & ignis interdictione loquitur. videndū igitur ecquid Alexander de iis loquatur, quæ Deportatus in insula ipse habuit, quoquo modo ibi qua sita. Nostri autem de iis quæ in ciuitate contigerunt:puta legitimis hereditatibus, quas non putarem ad fiscum, sed ad proximè in sequentem agnatum pertinere.

*Non lucrosa.* Idest occupabuntur à fisco, sed si tam multi creditores compareant, vt non lucrosa videantur, quippe quæ soluendo non sit, concedentur creditoribus vt ea suo arbitratu vendant. Itaque nō obstat l.non possunt, ii, aut l.i, §.i, D.de iur.fisc. nam occupantur quidem à fisco : sed primum locum creditores obtinent. Edictum autem ante scriptum est, vt si fiscus videat nihil sibi acquiri ex iis posse, ea creditoribus vendenda relinquit.

*Relegati.* Tres exilii species persequitur: Deportationem, Relegationem, & Interdictionem. vt in Rubr.de interd.& relegat. Deportatio capit is minuit ciuitatem, iura, bona & famam eripit. cæteræ omnia hæc relinquent: existimationem tantum imminuunt, non consumunt. l.de portatorum, 8, C.de pœn.l.4, l.6, & l.7, D.de interd.relegat.l.penul.D.de var. & extraor. cogni. Exemplum testamenti à relegato facti, profert Caius in l.quidam, 5, D.de reb.dub.

*Hive*

*Hi verò.* Sequitur pœna seruitus, quæ quia summa capit is deminutio est, etiam antè factū testamentum euertit. De bestiariis testimonium extat in l.aut damnum, §.quicunque, & l. quod ad statum, 12, l. qui vltimo, 29, D.de pœn. De metallo.in d.l.aut damnum, §.3, l.sunt quidam, 17.

*Aa ferrum.* vt ferro decertet: idest, in arena cum gladiatoriis pugnet: quod in Comment. verb.iuris exposui. Genus hoc supplicii à Constantino abrogatum est. l.i, C.de gladiatoriis.

### Lex IX.

#### VLPIANVS libro quadragensimo quinto ad Edictum.

##### Argumentum.

Qui ob accusationem in custodia est, testari ante damnationem potest.

*Si qui post accusationem in custodia fuerit defunctus indemnatus, testamentum eius valebit.*

#### COMMENTARIUS.

*Defunctus indemnatus.* Damnatio capit is testamentum euertit: at neque accusatio, neque custodia euertit. l.in fraudem. 45, D.de iure fisc. vbi Paulus ait, Bono eorum qui in custodia, vel in vinculis, vel compedibus deceperunt, heredibus eorum non auferri, siue testato, siue intestato deceperunt. Condemnatione autem propterea euertit, quia damnati bona publicantur. Quod posterioribus temporibus institutum fuit. Nam

c 3 & Cor

& Cornificius lib. ad Herenn. & Cicero lib. de Inuent. II. testatur, certam nullam fuisse legem, quæ testamenti factionem iis qui rei capitalis iudicati, & dānati in carcere coniecti essent, admiceret. Quia & illud eo amplius à nostris additur, quamvis condemnatus quis sit, tamen si appellari, & pendente appellatione testamentum fecerit, atque ante sententiam deceperit, testamentum valere. l. qui à latronibus, §. 1, infrā. l. 6, §. eius qui, D. de iniust. rupt. Sed quænam dubitandi subesse caussa potuit, cùm falsa potuerit esse accusatio, & benignè de accusatis potius quām secus existimādum! Et profectò ita est, vt in re obscura & ambigua dubitādi caussā nō magna sit, potiusq; hæc lex ad eos pertinuisse videatur quorum de crimine ita iam constaret vt prope conuicti essent & (vt scribitur in l. qui pœnæ, 8, D. de manumiss.) qui futurū prospiciebant, vt damnarentur. Nam cū cōuictus prope pro damnato numeretur, præclare dubitari poterat, an illa conuictio pro damnatione habenda esset. Disceptatio igitur ex iuris & æquitatis contentionē nata est: & totum hoc partim in testatorum fauorem, partim propter præsumptam innocentiae existimationem institutum est. Excipiuntur autem qui maiestatis aut repetundarum accusati sunt: quiq; mortem sibi consciuerunt. Nam illa manus illatio, quæ propter sceleris conscientiam facta iudicatur, pro condemnatione numeratur: quasi de seipso reus pœnas

sump-

fumperit. l. in fraudem, 45, §. 2, D. de iur. fisci. d. l. 6, §. eius qui, D. de iniust. rupt. & l. ex iudiciorū, 20, D. de accusat. quanquam cum illorum duorum criminum nomine etiam post rei mortem condemnatio fiat, vix est, vt illa vere exceptio dici possit. Quod autem obicitur ex l. qui pœnæ, 8, D. de manumiss. l. post contractum, D. de donat. accusatum neque manumittere, neque donare quicquā posse: vnde sequitur multo minus testari de vniuerso iure suo posse: Rēspōendum est, meo iudicio, leges illas agere de iis qui postea condemnati sunt. Nam si ante condemnationem deceperit, defendi non potest, eos qui testamentum facere possunt, non & libertates dare posse. Eamq; sententiam nostram confirmant illa legis post contractum, postremā verba: SI CONDEMNATIO S' E C V T A sit. Sic enim legendum est: non vt in Florentinis libris, N I S I. Legis enim sententia est hæc: Donatio post contractum crimen facta, si condemnatio subsequatur, fit irrita. Quod autem alii tradunt in fraudem fisci manumissionem illam factam intelligi: & propterea locum esse l. in fraudem, 45, D. de iur. fisc. mihi nō satis facit. Cū si damnationē mors antevenerit, benignè de reo sentiendum sit, neque vlla fiat publicatio: ac propterea nulla de fraude querela admittatur.

## Lex XI.

VLPIANVS Libro decimo ad Sabinum.

Obsides

*Obsides testari non possunt, nisi eis permittatur.*

COMMENTARIUS.

*Obsides.* Obsides peregrini manent. testamēti autem factio iuris Quiritium est. Itaque verba illa Sabini esse arbitror. OBSIDES TESTARI NON POSSUNT. cetera Vlpiani. Primus enim Commodus constituit, vt obsidum moriētum, tanquam captiuorum, bona confiscarentur. l. diuus, 31, Dē iur. fisc. Non mirum igitur si testari, nisi principis permisso, non possint. Testari autem, non vt peregrinos & populares suos, verūm vt ciues R. heredes instituant. Duobus autem modis testamenti factiōnēm obsides acquirunt: primum ex certo Principis rescripto: vt in l. nostra: deinde, ex vsu togæ accepto: qua ratione ciuium R. ius adipiscuntur. l. sed si accepto, 32, eod.

Lex XII.

*IULIANVS Libro quadragensimo secundo.  
Digestorum.*

Argumentum.

Eius qui apud hostes deceſſit, testamentum antē factum, legē Cornelia confirmatur.

*Lege Cornelia testamenta eorum qui in hostium potestate deceſſerint, perinde confirmantur, ac si hi qui ea fecissent, in hostium potestatem nō perueniſſent. Et hereditas ex his eodem modo ad unūquemque.*

que

que pertinet. quare seruus heres scriptus ab eo qui in hostiū potestate deceſſerit, liber et heres erit, seu velit seu nolit: licet minus propriè neceſſarius heres dicatur. Nā et filius eius, qui in hostiū potestate deceſſit, in iuitus hereditati obligatur: quamuis suis heres dici non posſit, qui in potestate morientis non fuit.

COMMENTARIUS.

*Lege Cornelia testamentaria, quam L. Cornelius Sulla viꝝ for. tuliſſit.*

*Confirmantur.* Ante legem igitur testamenta per captiuitatem hostium, ut pote per summam capitisi minutionem, irrita siebant.

*Non perueniſſent.* Sed mortui in ciuitate suis sent, vnde illud permulgatum, Legē Cornelīa fingere eum qui apud hostes deceſſit, captiuitatis tempore deceſſisse. l. in omnibus, 18, D. de captiuis. l. C. de postlimin. iusto, 44, in f. D. de usurpat. vt igitur lege XII tab. mors testamenti confirmat: sic lege Cornelia, captiuitas.

*Ad unūquemque.* Sic in l. lex Cornelia, 28, De vulgari subst. Ad omnes hereditates quae ad quenque ex eorum testamento peruenire potuissent, si in hostium potestatem non perueniſſent. Itēmque in l. bona, 22, D. de captiuis.

*Quare seruus.* Cum ad unūquemque, hoc est, ad cuiusvis generis heredes pertineat, etiam ad necessarios pertinebit. Dubitandi cauſa erat, quia mortis domini tempore in ipſius potestate non erat, (quippe qui hostium ipſe ser-

uus

uus esset) verūm ei qui proximus domini agnatus erat, ex intestati causa quæsitus.

*Minus proprie.* Sic de hereditate, in l. 3, De verb. signif. deliberto in l. 4, De boni libert. Sed fictio legis Corneliae & heredis, & hereditatū, & liberti nomen induxit: ait l. filius fa. 18, ad legem Falcid. l. in bello, 12, §. 1, D. de captiuis. Sane in l. captiui, 9, C. de postlim. videtur. *Diocletiani* fuisse, cum legis Corneliae fictio, pro ea quā postliminii esse constat, nominauit. §. interdum, Inst. de hereditate: quæ ab intest. nullius dicitur, quod

in l. 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280, 281, 282, 283, 284, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 299, 300, 301, 302, 303, 304, 305, 306, 307, 308, 309, 310, 311, 312, 313, 314, 315, 316, 317, 318, 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 332, 333, 334, 335, 336, 337, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 348, 349, 350, 351, 352, 353, 354, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366, 367, 368, 369, 370, 371, 372, 373, 374, 375, 376, 377, 378, 379, 380, 381, 382, 383, 384, 385, 386, 387, 388, 389, 390, 391, 392, 393, 394, 395, 396, 397, 398, 399, 400, 401, 402, 403, 404, 405, 406, 407, 408, 409, 410, 411, 412, 413, 414, 415, 416, 417, 418, 419, 420, 421, 422, 423, 424, 425, 426, 427, 428, 429, 430, 431, 432, 433, 434, 435, 436, 437, 438, 439, 440, 441, 442, 443, 444, 445, 446, 447, 448, 449, 450, 451, 452, 453, 454, 455, 456, 457, 458, 459, 460, 461, 462, 463, 464, 465, 466, 467, 468, 469, 470, 471, 472, 473, 474, 475, 476, 477, 478, 479, 480, 481, 482, 483, 484, 485, 486, 487, 488, 489, 490, 491, 492, 493, 494, 495, 496, 497, 498, 499, 500, 501, 502, 503, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 510, 511, 512, 513, 514, 515, 516, 517, 518, 519, 520, 521, 522, 523, 524, 525, 526, 527, 528, 529, 530, 531, 532, 533, 534, 535, 536, 537, 538, 539, 540, 541, 542, 543, 544, 545, 546, 547, 548, 549, 550, 551, 552, 553, 554, 555, 556, 557, 558, 559, 5510, 5511, 5512, 5513, 5514, 5515, 5516, 5517, 5518, 5519, 5520, 5521, 5522, 5523, 5524, 5525, 5526, 5527, 5528, 5529, 55210, 55211, 55212, 55213, 55214, 55215, 55216, 55217, 55218, 55219, 55220, 55221, 55222, 55223, 55224, 55225, 55226, 55227, 55228, 55229, 552210, 552211, 552212, 552213, 552214, 552215, 552216, 552217, 552218, 552219, 552220, 552221, 552222, 552223, 552224, 552225, 552226, 552227, 552228, 552229, 5522210, 5522211, 5522212, 5522213, 5522214, 5522215, 5522216, 5522217, 5522218, 5522219, 5522220, 5522221, 5522222, 5522223, 5522224, 5522225, 5522226, 5522227, 5522228, 5522229, 55222210, 55222211, 55222212, 55222213, 55222214, 55222215, 55222216, 55222217, 55222218, 55222219, 55222220, 55222221, 55222222, 55222223, 55222224, 55222225, 55222226, 55222227, 55222228, 55222229, 552222210, 552222211, 552222212, 552222213, 552222214, 552222215, 552222216, 552222217, 552222218, 552222219, 552222220, 552222221, 552222222, 552222223, 552222224, 552222225, 552222226, 552222227, 552222228, 552222229, 5522222210, 5522222211, 5522222212, 5522222213, 5522222214, 5522222215, 5522222216, 5522222217, 5522222218, 5522222219, 5522222220, 5522222221, 5522222222, 5522222223, 5522222224, 5522222225, 5522222226, 5522222227, 5522222228, 5522222229, 55222222210, 55222222211, 55222222212, 55222222213, 55222222214, 55222222215, 55222222216, 55222222217, 55222222218, 55222222219, 55222222220, 55222222221, 55222222222, 55222222223, 55222222224, 55222222225, 55222222226, 55222222227, 55222222228, 55222222229, 552222222210, 552222222211, 552222222212, 552222222213, 552222222214, 552222222215, 552222222216, 552222222217, 552222222218, 552222222219, 552222222220, 552222222221, 552222222222, 552222222223, 552222222224, 552222222225, 552222222226, 552222222227, 552222222228, 552222222229, 5522222222210, 5522222222211, 5522222222212, 5522222222213, 5522222222214, 5522222222215, 5522222222216, 5522222222217, 5522222222218, 5522222222219, 5522222222220, 5522222222221, 5522222222222, 5522222222223, 5522222222224, 5522222222225, 5522222222226, 5522222222227, 5522222222228, 5522222222229, 55222222222210, 55222222222211, 55222222222212, 55222222222213, 55222222222214, 55222222222215, 55222222222216, 55222222222217, 55222222222218, 55222222222219, 55222222222220, 55222222222221, 55222222222222, 55222222222223, 55222222222224, 55222222222225, 55222222222226, 55222222222227, 55222222222228, 55222222222229, 552222222222210, 552222222222211, 552222222222212, 552222222222213, 552222222222214, 552222222222215, 552222222222216, 552222222222217, 552222222222218, 552222222222219, 552222222222220, 552222222222221, 552222222222222, 552222222222223, 552222222222224, 552222222222225, 552222222222226, 552222222222227, 552222222222228, 552222222222229, 5522222222222210, 5522222222222211, 5522222222222212, 5522222222222213, 5522222222222214, 5522222222222215, 5522222222222216, 5522222222222217, 5522222222222218, 5522222222222219, 5522222222222220, 5522222222222221, 5522222222222222, 5522222222222223, 5522222222222224, 5522222222222225, 5522222222222226, 5522222222222227, 5522222222222228, 5522222222222229, 55222222222222210, 55222222222222211, 55222222222222212, 55222222222222213, 55222222222222214, 55222222222222215, 55222222222222216, 55222222222222217, 55222222222222218, 55222222222222219, 55222222222222220, 55222222222222221, 55222222222222222, 55222222222222223, 55222222222222224, 55222222222222225, 55222222222222226, 55222222222222227, 55222222222222228, 55222222222222229, 552222222222222210, 552222222222222211, 552222222222222212, 552222222222222213, 552222222222222214, 552222222222222215, 552222222222222216, 552222222222222217, 552222222222222218, 552222222222222219, 552222222222222220, 552222222222222221, 552222222222222222, 552222222222222223, 552222222222222224, 552222222222222225, 552222222222222226, 552222222222222227, 552222222222222228, 552222222222222229, 5522222222222222210, 5522222222222222211, 5522222222222222212, 5522222222222222213, 5522222222222222214, 5522222222222222215, 5522222222222222216, 5522222222222222217, 5522222222222222218, 5522222222222222219, 5522222222222222220, 5522222222222222221, 5522222222222222222, 5522222222222222223, 5522222222222222224, 5522222222222222225, 5522222222222222226, 5522222222222222227, 5522222222222222228, 5522222222222222229, 55222222222222222210, 55222222222222222211, 55222222222222222212, 55222222222222222213, 55222222222222222214, 55222222222222222215, 55222222222222222216, 55222222222222222217, 55222222222222222218, 55222222222222222219, 55222222222222222220, 55222222222222222221, 55222222222222222222, 55222222222222222223, 55222222222222222224, 55222222222222222225, 55222222222222222226, 55222222222222222227, 55222222222222222228, 55222222222222222229, 552222222222222222210, 552222222222222222211, 552222222222222222212, 552222222222222222213, 552222222222222222214, 552222222222222222215, 552222222222222222216, 552222222222222222217, 552222222222222222218, 552222222222222222219, 552222222222222222220, 552222222222222222221, 552222222222222222222, 552222222222222222223, 552222222222222222224, 552222222222222222225, 552222222222222222226, 552222222222222222227, 552222222222222222228, 552222222222222222229, 5522222222222222222210, 5522222222222222222211, 5522222222222222222212, 5522222222222222222213, 5522222222222222222214, 5522222222222222222215, 5522222222222222222216, 5522222222222222222217, 5522222222222222222218, 5522222222222222222219, 5522222222222222222220, 5522222222222222222221, 5522222222222222222222, 5522222222222222222223, 5522222222222222222224, 5522222222222222222225, 5522222222222222222226, 5522222222222222222227, 5522222222222222222228, 5522222222222222222229, 55222222222222222222210, 55222222222222222222211, 55222222222222222222212, 55222222222222222222213, 55222222222222222222214, 55222222222222222222215, 55222222222222222222216, 55222222222222222222217, 55222222222222222222218, 5522222222222222222221

ut sic legatur: Non dubito, quin foederati & liberi, nobis nec externi sint, nec inter nos atque eos postfiminiū sit.

*Si quis.* *Argumentum.*

Qui capite damnatus appellauit, testari pendente appellatione potest.

*Si quis in capitali crimine damnatus appellauerit, et medio tempore pendente appellatione fecerit testamentum, ita deceperit: valet eius testamentum.*

# COMMENTARIUS

Disceptatio ex scripto & sententia nascitur: quia ius est, ut damnatio rei capitalis testamenti factionem adimat, nimirum propter bonorum publicationem. At respondetur: damnatione intelligendam, 'quæ rata fuit'. appellatio autem damnationem extingui constat ex fine l. 1. D. ad tnrpill. Qua de causa neque huic aduersabitur, quod dubitantibus de statu suo testamenti factio non est. ut in l. seq. nam ut ait Vlpian. l. si quis, 6, §. hi autem, de iniust. rupt. sunt hi certi status, nec ipsis de se interim incerti.

Lex XIII.

*PAVLVS. Libro secundo Regularum.*

### *Argumentum.*

**De suo iure incertus testari non potest.**

*Qui*

*Qui in testamento domini manumissus est, si ignorat dominum decessisse, aditamque eius esse hereditatem, testamentum facere non potest: licet iam patrifamilias, et sui iuris est. nam qui incertus de statu suo est, certam legem testamento dicere non potest.*

## COMMENTARIUS.

*Aditamque N. Libertatē testamēto datam non ante testatoris mortem aditamq; hereditatem deferri, l. 1, §. in nouissimo, C. de cadiuc. toll.*

*Liceria.* His verbis significat tota hæc disputatione ex illo legis capite fluxisse: PATERFA.  
VTRI rei suæ legassit &c. Itaque disceptatio exscripto & sententia natæ est. Legē enim sic interpretamur, quasi non de omni patrefa. scripta esset, sed de eo demum qui se patrefa. esse sciret.

*Quæ incertus.* Subest vis argumenti ex repugnantibus Non & quis de iure suo incertus est, & certum ius de suis rebus statuere potest. Testamentum certum esse oportet: neque vlla legis actio est, nisi cuius certum & exploratum ius sit. Ac nimis hoc illud est quod in definitione testamenti significatur, Testamentum est iusta testatio: id est, iure certo & explorato constans: ut in l. 1, ostendimus. Videndum etiam ecquid cum CERTAM LEGEM dicit, ad illud xii Tabularum verbū alludat: LEGASSIT.

d 3 quo

quo in verbo legis vim inesse in Cōment. verb.  
iuris docuimus.

## Lex XV.

## VLPIANVS Libro duodecimo ad Edictum.

*De statu suo dubitantes, vel errantes, testamentum facere non possunt, ut Diinus Pius rescripsit.*

## C O M M E N T A R I V S.

*Dubitantes vel errantes.* Aliud igitur esse statuit, ignorare, aliud dubitare, aliud errare. *vt certus paterfa.* is deum dicatur, qui neque errat, neque ignorat, neque dubitat. Summum enim gradum error obtinet. plus enim est errare, quam aut ignorare, aut dubitare. Errat, veluti legatus qui se hostium seruum putat, l. i, de legat. tertio. item filiusfa. qui se patrēfa. esse putat, l. i, §. exigit, de bon. poss. secund. Ignorat, veluti seruus manumissus, qui hereditatem aditam fuisse nescit: item ( *vt Vlpianus docet cap. Inst. xx*) qui patre peregre mortuo nescit se sui iuris esse. Dubitat, qui vtrum ab hostibus, an a latronibus captus sit, incertus est, l. i, D. de legat. tertio. item filius, in ciuitate, qui vtrum pa- ter ab hostibus reuersurus sit, an non, ignarus est, l. 2, §. 2, D. vnde legitim. Usque adeo autē certum testatoris statum esse oportet, *vt etiam qui de ipsius statu dubitat, adire hereditatem non possit,* l. heres, 30, & ll. seq. D. de acq. he-redit.

## Lex

## Lex XVI.

## POMPONIVS. Libro singulari Regularum.

## Argumentum.

Testamenti factionem habere dicitur, cui quid relinqui testa- mento potest, quamvis testamentum facere non possit.

*Filius familias* ( ) *seruus alienus* ( ) *postumus* ( ) *surdus* *testamenti factionem* *habere* *dicuntur*. licet enim testamentum facere non possunt, attamen ex testamento *vel* *sibi* *vei* *alii* *adquirere* possunt. Marcellus notat: *Furiosus quoque testamenti fa-ctionem* *babet*, licet testamentum facere non potest. Ideo autem *babet* *testamēti* *factionem*, *quia* *poteſt* *sibi* *adquirere* *legatum*, *vel* *fideicommissū*. nam etiam *compotibus* *mentis* *personales* *actiones* *etiam* *ignorantibus* *adquiruntur*.

## C O M M E N T A R I V S.

*Seruus alienus.* Hoc idem Justin. exemplum profert, §. testamenti, 3, de hered. qual. & diff. Sed multo cōmodius Vlpianus cap. Inst. xxii. Seruos heredes instituere possumus, nostros cū libertate: alienos, sine libertate: cōunes cum libertate, vel sine libertate. Multo vero & cer- tius & verius quod sequitur: Alienos seruos he redes instituere possumus: eos tamen, quo rū cū dominis testamenti factionem habemus.

*Et postumus.* Sane in postumum quæ subiun gitur ratio non conuenit: LICET enim testa mentum facere non possunt. Nam si impubes

est

est, non quia postumus est, sed quia pubes nō est, facere testamentum non potest. Itaque disputari posset, vocem M V T V S multo commodius huic loco conuenire, præfertim cùm plerumq; in hoc genere disputationum mutus & surdus coniungantur. Mouet me tamen omnium librorum auctoritas, sed multo maxime Institutionum consensus: d. §. testamenti, de hered. qualit. vbi & sic legitur, & pro surdi exēplo quod hoc loco proponitur, muti exemplum profertur. Videndum igitur ecquid nota superior ALIENVS, coniunctè ad vocem Postumus pertineat. Nam hic certe disputationi de postumis suis, nullus locus est: partim quia eos institui non modo licere, verum etiā oportere, nimium iam in vulgus notum ac pernulgatum erat. partim etiam quia vetus illa locutio de qua hic agit Pomponius, Testamenti factionem cum testatore habere, conuenire in postumos suos non potest. Sed nihilo magis, hac interpretatione recepta, superior ille scrupulus eximetur: quod subiecta ratio contineat in postumum non potest: nisi forte P' OS T' V' M' V' S INFANS adiectiue, apud Imperatorem, non coniunctiue, legamus.

*Factionem habere.* Huius refūsi auctorein Pomponium haberem, credidisse equidein Veteres leges ita potius locutas, ut dicerent, His, vel Cum his testamenti factione esse: potius quam Hos habere. Sed iam morbum om-

nem

nem animaduerto, nā Vlpianus cap. Inst. xxi. Heredes, inquit, institui possunt, qui testimoni factionem cum testatore habent. Non igitur simpliciter & præcise veteres ita loquebantur, Filiosfa. testamenti factionem habere: sed plene & coniuncte, Habere cum aliquo.

*Facere non potest.* Nisi quo tempore furor eius intermissus est. l. furiosum, 9, C. qui test. fac. poss. §. 2, Quib. non est permitt.

*Acquirere legatum.* Huic Marcelli notæ alteram eiusdem & auctoris & generis aptandam esse ex l. furiosus, 63, De acq. hered. etiam ab aliis obseruatum est. Testamentum autē quod ante furorem factum erit, valebit: vt infra l. qui testamento, 20, §. 4, eod.

### Lex XVII.

#### PAVLVS Libro tertio sententiarum.

*In aduersa corporis valetudine mente captus, eo tempore testamentum facere non potest.*

#### COMMENTARIUS.

Hoc quicquid est, expositum est sub l. 2, supra, eod. Extat ante hæc Pauli sententia in lib. eiusdem sentent. III. cap. IIII.

### Lex XVIII.

#### VLPIANVS Libro primo ad Sabinum.

##### Argumentum.

*Interdictio bonorum testamentum post factum infirmatur.*

e ante

anté vero nequaquam: quin & testem in alterius esse testamento prohibet. N. Cui testamenti factio adempta est, is nec testis adhiberi testamentis potest.

*Is cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non potest: tamen si fecerit, ipso iure non valeret: quod tamen interdictione veterius habuerit testamentum, hoc valebit. Merito ergo nec testis ad testamentum adhiberi poterit, cum neque testimenti factio habeat.*

#### COMMENTARIUS.

*Is cui.* Sabini verba produci arbitror usque ad versum, Merito. Nam Vlpiani nota particula. E R G O indicari videtur illa superiora autem omnia sententiosa & plane Sabiniana sunt.

*Lege interdictum.* Lege xii. tab. vt in l. i. D. de curat. fur. Idéque traditur ab Vlpiano cap. Inst. xxii. Dubitandi causa multiplex esse potuit. prima hæc est, quod cum testamenti factio iuris sit publici, & lege concessa, Prætor eam pro imperio adimere non potuit. Respondeatur, ergo non Prætoris, sed legis ipsius hanc interdictionem esse. Prætorem autem viuam legis vocem fuisse. Altera causa hæc fuit: quia cum in interdictionis formula commercii verbum usurpetur, ad eas dumtaxat alienationes quæ inter viuos fiunt, pertinere videbatur. Nā illam Vlpiani rationem, Cum ei commercium ademptū sit, familiā mancipare nō potest: quia mos ille sublatus est, omitto. Tertia dubitandi subesse causa poterat, quoniam aliud est administratio

ministratio, de qua legis interdictum est, aliud Testamentaria dispositio. Sed eum in formula etiam illud addatur E A R E INTERDICO, cōsentaneū est, nullū ei ius in eas res vlla ex parte relinqu. Atenim (dixerit aliquis) minor qui sub curatore est, neque bonorum suorum administrationē habet, testamentū tamen etiā sine curatoriā auctoritate potest facere. l. aurelio, 28, §. i. D. de lib. legat. Sed respondendum est, prodigos, quantum ad bona ipsorum attinet, furiosis comparari: & (vt ait Imp.) furiosum facere exitum. l. hisqui, 12, in fin. D. de tut. & curat.

*Ipsō iure.* Quippe cum contra leges interdictum factum sit.

*Vetusius.* Idem traditur in l. i. §. si quis autem, D. secund. tab. vbi traditur, regulam qua exigitur vt & testationis & mortis tempore testamenti factio sit, exceptionem in superueniente furore, & bonorum interdictione recipere. quippe, cum capitis diminutio his casibus non contingat. Vitia igitur insita, capitis scilicet deminuti, testamenti factionem adiungunt: externa autem non adiungunt. Sed, vt ad quæstionem nostram redeamus, quid si cum iam aperie prodigis esset, quamvis interdictum illi nondum fuisset, testamentum fecerit? vti de aperie prodigis agitur in l. tres tutores, D. de admin. tut. denique quid si mentis illius suæ levitatem, temeritatem, stultitiam in eo testamento

c. 2. iam

iam aperte ostenderit? Ergo hoc quidem intellegendum est, vnde huius quoque iuris aquitas perspicetum, nimisrum testamenti factionem, iuris esse publici: neque id quod slege factum est, (hoc est sine ullo legis interdicto) nisi contraria lege rescindi posse. Hoc autem loco illud assoribendum est, quod Paulus lib. Senn. 3: cap. 4, comincinoratus: Prudicum recepta vita sanitatem ad bonos mores reuertsum & testamentum facere, & ad testamenti sollemnia adhiberi posse. Idque; vt opinor, ipso iure quemadmodum ipsorum in potestate curatoris esse definit. l. i. D. de cur. fur.

*Merito ergo.* Verba haec Vlpianii esse non dubito: suo more, id est perplexe, & obscure rationcinantis. Obseruandum igitur, prodigiis dicendi testimonii ius non fuisse. quippe, cum eorum nequitia nominatio à Prætore damnata maculam illis aliquam afferret. vnde illud legis Rosciæ, vt decoctoribus certus in theatro locus constitutus esset. Sed & Valerius lib. 39 cap. 2, non obscure significat, Q. Fabiu, Q. Maximi filium dedecore affectum fuisse, cuius ei Q. Pompeius Prætor Virbanus paternis bonis interdixisset. Ac Vlpianus quidem cap. Inst. xx, imitos, surdos, furiosos, pupillos, & fœminas ab hoc testimoniorum genere submouens, prodigium mentione omittit. Paulus vero lib. Sent. 3, Prodigiis, inquit recepta vita sanitatem ad bonos mores reuersus & testamentum face-

re,

re, & ad testamenti sollemnia adhiberi potest. Sed Vlpianus ratio citatio perplexa, vti dixi, & obscura est: cum & testamento factionem, ac quirendi quidem causa prodigiis habeat, hunc tum, s. D. de acquiri herediti, neque filius ea, cuius testamentum illis non est, à testamento remouatur. Ergo huius sententia proportionem Vlpianus potius quam ipsam serviter tamen tradidit. Ratio enim cur testamenti factione potest, non habeant, haec est, quoniam nequitia damnati dedecore aliquo affecti sunt. quasi Vlpianus sic scripsisset. Cùm neque testamenti factionem propter nequitiam suam habeant.

*Argumentum.*

Ob. carmen famosum, damnatus, neque testamentis adhiberi testis potest.  
Si quis ob carmen famosum, damnatur, senatus, consulto expressum est, ut intestabilis sit. Ergo nec testamentum facere poterit, nec ad testamentum adhiberi. sed ad non mortuorum, id est in vita, non.

*COMMENTARIVS.*

*Intestabilis.* Vlpianus legi Cornelie id assignat in l. lex, 5, §. pen. De iniuri. sed probabile est tandem etiam Senatus consulti sanctionem fuisse. Idem autem traditur in l. ob carmen, 2, D. de testib. Sed querivideo, an erit intestabilis esse iussus est, relinquere aliquid per testamentum possit. Et cum heredi post testatoris bulk

c. 3 mortem

morte in testimonium dicatur: Intestabili autem non dicatur: probabilius est, nihil ei cuius R. testamento relinqui posse. nūc: si mōde  
Quaritur etiam de infamibus, an eadē eo-  
rum quā intestabilium ratio sit: de quo dispu-  
tare nos non sinit l. i. C. de secund. nupt. l. te-  
stamento, 33, D. de testam. militi vbi de testa-  
mento ab infami facto ius dicitur. Aliud est  
enim infamem, aliud intestabilēm esse, ne ois  
famībus p̄cipiōnē mānūq; sib; p̄cedat  
alii mōde. **Lex XIX.**

**MODESTINVS Libra V. Pandectarum.**

Seruius quoque Sulpitius negabat tabulas testamenti esse eas  
quas instituisse tis qui factionem testamentū non habuerit, vt ait  
Cic. Epist. fam. lib. 17. Epist. 22.

Si filius familiae aut pupillus aut seruus tabulas  
testamenti fecerit, signauerit: secundum eadē bono-  
rūm possessio dari non potest, tunc filius familiæ sui  
iuris, aut pupillus pubes, aut seruus liber decesserit.  
quia nulla sunt tabulae testamenti, quas is fecit, qui  
testamenti facienda facultatem non habet.

**COMMENTARIYS.**

Licet sui juris. Quia lex xxi. tabl. & testa-  
mentis & ceteris omnibus legitimis actionibus  
vix ex praesentis temporis statu, non ex incer-  
to & fortuito posteri temporis sequenti tribuit.  
alioquin carum nūs incertum & fortuitum esset.  
quam ad rem Catoniana regula pertinet, vnde  
QUESTIOM illud

illud Ser. Sulpitii, & Offilii, apud Ciceronem  
lib. vii. Epist. fam. neque testamenti tabulas eas  
esse, quas instituisse tis, qui factionem testamen-  
ti non habuerit; neque verum esse, bonorum  
possessionem secundum eas tabulas dari posse.  
Idēmque traditur in l. i. §. exigit, D. de boni  
secund. tab. vbi Prætor exigit, vt is cuius bono-  
rum possessio datur, vtrōque tempore ius facien-  
di testamenti habuerit: & cum faciat testamen-  
tum & cum moritur. Interdum tamen ex aequi-  
& boni ratione contra iuris summi regulas ta-  
bulæ conualescere iudicantur: vt l. filio, 17,  
D. de iniust. rupt. l. qui soluendo, 42. De he-  
redib. inst. Sed ea tota res dirigi ad certum ali-  
quod ius non potest: sapientia & aequitati iu-  
diciū committenda & permittenda est.

**Lex XX.**

**Argumentum.**

Heres testamento adhiberi testis non potest. Legatarius &  
tutor, nisi in testatoris manu sint, possunt. Item, Ei qui de  
castrensi peculio testatur, & pater, & frater adhiberi testes pos-  
sunt.

Qui testamento heres instituitur, in eodem te-  
stamento testis esse non potest. quod in legatario,  
& in eo qui tutor scriptus est, contraria habetur. hi  
enim testes possunt adhiberi, si aliquid eos nihil im-  
pediat: utputa si impubes, si in potestate sit testa-  
toris. Potestatis autem verbum non solum ad  
liberos qui sunt in potestate referendum est: verum  
etiam ad eum quem redemit ab hostibus: quamvis  
placeat

placeat huic seruum non esse sed in cuncto quodam  
retineri donec praeium soluat. (Per Contrarium  
quæri potest; an pater eius qui de castrensi peculia  
potest testari, adhiberi ab eo ad testamentum testis  
posset. **C.** Marcellus libro decimo Digestorum scri-  
bit posse. **E.** frater ergo poterit utiliter apparet  
Quod autem in iure sive iusto potest, id est latum  
est.

## COMMENTARIVS.

**Q**ui testamentor Sabinus sententia utrum haec  
enuntiatione comprehendatur, an vero usque  
ad §. Porestaris perducatur, non facile dixerim.  
Quianquam & proxima verba olere Vlpianum  
videntur: & ius hoc de legatariis posterius Sabi-  
nus fuisse, inquit docebimus. Verum usque  
sit, aduersari huic sententiæ videtur, quod Imp.  
scribit in §. sed neque, 5. De testam. ubi ait, ve-  
teres heredibus permisisse, testimonium praesta-  
re: licet hoc iure minime abuti eos debere  
suadebant. **Q**uod si de iis testamentis Sabinus  
loqui dicimus, quæ non secreto, & per æs & li-  
bram: sed palam atque scribebantur, aut nuncu-  
pabantur: tamen illud rursus pugnabit, quod  
in Miloniina Cicero, de Cyri architecti testa-  
mento sic scribit: **V**na fui, testamentum si-  
mul ob signauic cum Clodio: testamentum autem  
palam fecerat, & illum heredem & me scri-  
pserat. **V**idendum igitur, cum Iustinianus te-  
stetur, incertum hoc ius apud veteres fuisse, re-  
ctene dici posset, Sabinum in ea parte Iuris con-  
sultorum fuisse, qui heredum testimonia in iis  
quidem

quidem testamentis quæ palam fiebant, im-  
probabant. **I**n legatario: ius hoc usque ad Scæuola Cesi-  
uidii etatem ambiguū fuisse, huius autem au-  
toritate constitutū, Imp. Arcad. & Hon. signi-  
ficant in l.3, in f. C. TH. de testament. Itaque  
Marcianus in l. si quis ita, 14, D. de reb. dub. Tre-  
batii & Pomponii sententia Ceruidianæ cōsen-  
taneā ita profert, quasi nondū certa & plant cō-  
stitutā, quin ne Iustinianus quidē subtit. De te-  
stā §. legatariis, de eo iure quasi admodū certo  
& explorato loqui videtur. Dubitādi enī causa  
perspicua erat: cum in rem suam legatarius ad-  
hiberi testis videretur, & quitarē autem Iusti-  
nianus eodem loco hanc affert: **Q**uia non iuris  
successores sunt, quasi vero aliis in rebus in qui-  
bus singulare aliquod negotium geritur, adhi-  
beri testes possimus. Quinetiam falsi genus fuis-  
se, si quis legatum sibi adscriberet: idque legē  
Cornelia sacrum: nemo ignorat ex Rub. D. ad.  
leg. Cornel. de falf. Pomponius autē rationem  
hanc protulit: **Q**uia ipsum testamentum confir-  
mati testibus adhibitis, **Q**uod sic interpretor,  
quasi diceret: **C**um res ex potiore sui partē cen-  
seantur, ac denominentur, parsilla in qua lega-  
ta sunt, propriæ testamentum dici non potest.  
Testamentum enī est, ubi heredis institutio  
est. l. vlt. D. de iure codicil. itaque legatarii non  
tam donationem & negotium illud suum, quā  
ipsum testamentum confirmare videntur. præ-

f. tertium.

certim cùm legatā nō tam ab ipso testatore, neque tam de ipsius bonis, quām ab herede, & ex ipsius fortunis proficiuntur. Non igitur legata r̄i res praecipue in testamento agitur, sed hereditatis cantum, quippe cum legata nō tam defuncti, quām hereditis bonorum pars esse videantur. Itaque Imp. Zeno non modo testibus, verum etiam iurisperitis qui testamenta dictabant, relinqui legata posse statuit in l. dicitur, C. de testam. Neq; ad propositum pertinet, quod Plinius epist. vlt. lib. 2, veteratori cuius Regulo iugatus, scribit improbissimum falsi genus esse, aliena testamenta, ipsis quorum sunt illa, dictere, alioqui dictare nemini testamentum liceret. Sed de Regulo (vt dixi) loquitur qui hereditates & legata captans, impudenter se imperitis mulierculis testamentorum dictatorem obtrudebat. Quod de genere illius est Neronis apud Suetonium: Cautū, inquit, ne quis alieni testamenti scriptor, legatum sibi ascriberet.

*Qui in potestate sunt.* Quod cūm ita sit, sequitur, vt post emancipationem dissimilis ratio sit: hoc est, vt & filius emancipatus patri testanti, & hic vicissim illi, itemque frater emancipatus, fratri testamentum condenti testis esse possit.

*Vinculo quodam.* Sic in l. 2, C. de postlim. reuers. l. senatus, 43, D. de legat. Horum autem eadem videtur esse conditio, quæ & Addictorū: hoc est, inter libertatis & seruitutis statum quasi interiecta. vti patet ex Fab. Quintil. lib. 7.

Scribit

*Scribit posse.* Contra Iustinianus in §. 4, De testament. ita perspicue, vt in eo iudicio frustra operā in his conciliandis consumari. Varias autem hac de re veterum sententias fuisse, Vipianus, hoc loco non obscure significat, atque adeo aperte ostendit: cum Marcellum hucus auctorem sententia nominat. Neque ad rem pertinet, quod Iustinianus de eo nominatum loquitur, qui iam missus & veteranus est. Quid enim hoc ad minuendam dubitadi causam pertinet? Tam enim in patris potestate est qui in castris est, quam qui iam missus est. Vtra igitur, dixerit aliquis, senior sententia est? Difficile quidem dicitur, sed tamen pro Marcelllo graueriter illud pugnat, quod cum filius fa. in hoc genere pro patre factus habeatur: & castrēse peculum ab ea familia separatum sit, neque cum patrimonio confundatur: domesticum hoc testimonium dici non potest, quippe cum de re familiari negotium non geratur: & filius fa. in hac causa quasi pro extraneo vel certe pro emancipato habeatur.

*S. Quæ autem*

*Argumentum.*

Non modo in testamento, sed omnino nullo in negotio, quod patri acquiratur, testis filius adhiberi potest. Item suriosus quo tempore intermissionem habet, testis adhiberi potest.

*Quæ autem in testamento diximus super perhibendis testimonijs, eorum qui in potestate sunt, in omnibus testimonijs accipias, utrūquid negotij*

*f. 2. geritur*

geritur per quod adquiratur. Ne furiosus quidem testis adhiberi potest, cum componens non sit. Sed si habet intentionem, eae tempore adhiberi potest, si famam utrum quoque quod ante furor consummavit, valebit. & bonorum possessio ex ea testamento competit.

#### COMMENTARIUS.

*Quæ autem.* Verba hæc Vipiani esse omnia, genus orationis arguit.

*Ne furiosus.* Hanc Sabini sententiam esse non dubitor. Vique ad verum, Testamentum.

*Componens.* Quæ in testationibus requiriuntur. non enim corporis tantum, sed & animi præfentia desideratur. furiosi autem absentium loco numerantur, l. ybi non voce, D. de reg. fur.

*Eo tempore.* Nam eo quoque tempore testamentum facere potest. l. furiosum, 9, C. qui test facit quod tamen apud veteres nondum constitutum fuerat.

*Ante furorem.* Ut supra l. filius fa. 16, eod. & l. i, §. si quis autem, D. secund. tabul.

#### S. Eum qui.

#### Argumentum.

Mulier, item seruus, in testamentis: repetundarum vero damnatus, in iudicis, at non in testamentis testis esse prohibetur.

*Eum, qui lege repetundarum damnatus est, ad testamentum adhiberi posse existimo: quoniam in iudicium testis esse veratur.*

#### Com-

#### COMMENTARIUS.

*Eum qui.* Sabini totam hanc sententiam esse arbitror: legendumque ut in aliis libris omnibus, Non posse. vt in l. repetundarum, 15, de testib. l. 6. D. ad leg. repetund. idque etiam subiuncta ratio perspicue ostendit. Ideem autem & de adulterii damnatis traditur in l. scio, 4, D. de testib. Quod vero de infamibus hoc loco queritur: nondum satis exploratum est, nam et si permulta publicorum iudiciorum leges, damnatos, ac propterea infames, à testimoniiis in publicis iudiciis dicendis non remoueant: yti scribit Papin, in l. quæ situm, 13, D. de testib. tamen maiore in testibus ad testamenta quam ad alias res admittendis, religionem adhiberi, vel ex proximo §. intelligitur. Quin etiam video Quintilianum aperte scribere, ignominioso legis actionem non esse: lib. 3. cap. 6, Non habes, inquit, ius abdicandi, quia ignominioso non est actio. habeo ius, quia abdicatio non est actio. Quanquam si mei iudicii quid esset, vix certe testamentum quod ab infami obsignatum esset, propter hanc unam caussam, repudiandum putare. præsertim cum tantus testatorum fauor sit. Denique præclare traditur in l. 3, D. de testib. totum illud de testibus negotium sapientiae & religioni iudicum permittendum esse.

*Quoniam in iudicium Argumentum notatione dignum, & obseruandum. Est enim ex comparsatione*

f 3 paratione

paratione maioris: id est, eius quod magis consentaneum & probabile videbatur. Si quod magis conuenire posse videbatur, non conuenit, &c. Magis autem conuenire videbatur, Reputundarum damnatos ad rerum capitalium testimonia recipi, quam ad testamentum: quia in illis rebus aut pauci, aut nulli alii testes sunt: itaque penuria illos admitti cogit: at in testamentis faciendis abunde testium copia cuitus vndeque suppetit. Propterea autem notandum hoc argumentum est, quia cum capitalia iudicia multo maioris sint momenti quam in testamento, in quibus de fortunis tantum agitur: facilis esset ex ambiguo captio: quasi Sabini rationatio hæc esset: ut cui non licet quod maius est, ei non liceat quod est minus: quæ rationatio absurdæ & falsa est. Intelligentum est igitur, sub hac Vlpiani argumentatione viii illius regulæ subesse: Cui non licet quod minus est, ei non licet quod plus est: cum autem ad refutandum hanc comparationem inducat, necesse est, ex maiore argumentum sumat: nam quod ex minore sumitur, nunquam nisi ad certum firmandum valet. Quid ergo est? nimirum quod in illa iuris regula, Minus appellatur, id ipsum est, quod dicimus magis conuenire, magis esse probabile, magis consentaneum & verisimile. Minus est igitur adhiberi testem in causis capitalibus, quam in testamentis: quia propter penuria necessitas cogit eos sæpe admitti

mitti, qui si esset copia non admitterentur. Quod ab exemplo facilius intelligetur. nam in testimoniosis, etiam qui non rogati sunt ut ei rei operam darent, admittuntur. I. ad fidem, II. D. de testib. at in testamentis rogari debent. I. seq. §. penult. item mulier in causis publicis testis admittitur: at in testamentis (ut mox dicimus) non admittitur.

### §. Mulier.

*Mulier testimonium dicere in testamento quidem non poterit. Alias autem posse testem esse mulierem, argumentum est lex Iulia de adulterijs, quæ adulterij damnatum testem produci, vel dicere testimonium vetat. Seruus quoque merito ad sollemnia adhiberi non potest: cum iuris civilis communionem non habeat in totum, ne pratoris quidem edicti.*

### COMMENTARIUS.

*Mulier.* Hanc quoque Sabini sententiam esse, non dubito. quod vero sequitur, Alias autem, ab Vlpiano est. Cum autem de sexu hoc loco disputetur, non alienum est etiam de hermaproditis hoc addere, si in iis virilia præualebunt, testes adhiberi testamentis posse. I. reputundarum, II. D. de testib. Quid autem de spadone: sed cum ille & vxorem ducere, & adoptare possit, appetit eum in virili sexu numerari.

*Testimonium in testamento.* Neque aduersatur, quod testamentum potest facere: in quo tam

men aliquanto plus est. Nam vt testamentum faciat, necesse est: vt testis adhibeatur, cū aliorum testimoniū copia suppetat, nihil necesse est.

*Argumento* est. Sic Paulus in l. ex eo, D. de testib. Contrā tamē Gellius lib. 6, cap. 7 nulli sc̄ minx dicendi testimonii ius fuisse scribit. Quæ difficultas prope inexplicabilis videtur: præsertim cum ex eo quod lege Horatia rogatum scribit, vt Terracæ testimonii esset dictio, verisimile videatur, legē ea de re antiquitus fuisse. tametsi inueterata quoque consuetudo esse potuit. Considerandum igitur, ecquid hoc modo statui posset: vt in actionibus legis, id est quæ iuris ciuilis sunt, quibus in rebus leges testationem exquirerent, ad eas admitti mulieres non possent. Rerum autem aliarum testes, propter aliorum penuriam, esse possent: veluti coniurationis, l. in quæstionib. 8, D. ad leg. maiest. Quòd cùm ita sit, probabilius quoque esse arbitror, mulieres neque ad codicillos conficiendos, neque ad mortis caussa donationes, admitti. quain sententiam video ab Harmenopulo, quasi suo tempore receptam & probatam, exponi. Et profecto ita est, vt ius codiciliorum, nisi quid singulariter & propriè de iis constitutum sit, ad commune testamentorum ius referri ac retiocari debeat. arg. l. 1, C. Th. de testam. vbi Constantinus testamento ciuili, id est per æs & libram, nondum sublato, recepto etiam prætorio, vel quinque vel septem testes

in

in codicillis exigit. quinque scilicet ad ciuilis instar: septem ad Prætorii. vt & Annianus sub ead. Rubr. annotauit.

*Seruus quoque*. Vlpiani hæc esse omnia, stylus arguit. Etsi autem iuris gentium sit testimoniū, tamen intelligendum est, testamentariam hanc testationē legis actionis, hoc est familiae mancipatio partem esse. Legis autem actiones omnes iuris ciuilis esse, nemo ignorat. Quod autem nonnunquam seruorum aut testimoniū aut etiam delatio in iudiciis auditur: id iure singulari fit. vt l. vix certis, 52, D. de iud. l. 1, D. ad leg. iul. de annon. l. nullo, 7, D. de falso.

### §. Et veteres.

#### Argumentum.

Testis ad usque testamenti exitum non inuitus, sed lubens ad esse debet. in eo autem non utique sermonis, sed negotii tantum & rei quæ geritur, intelligentia requiritur.

*Et veteres putauerunt eos, qui propter sollemnia testamenti adhibentur, durare debere donec supra contestatio peragatur. non tamen intelligentiam ceremonis exigimus. hoc enim diuinus Marcus Didio Julianus in teste qui latine non nouerat, rescripsit. Nam si vel sensu percipiat quis cui rei adhibitus sit, sufficere. sed si detenti sunt multi ibi testes, prout non valere testamentum.*

#### COMMENTARIUS.

*Suprema contestatio. Idest, nuncupatio. HAE C VTRI in his tabulis cerisue &c. apud Vlpianum g cap.*

cap. Inst. 25. Ratio in illo testamentorum ritu hæc erat, quia legis actiones individuae sunt: & uno eodemque tempore absoluendæ sunt. Quid igitur in hodiernis testamentis? quid iuris est? Vlpianus in l. fideicomissa, II, §. 1, D. de legat. tertio: scribit, quoties quis exemplum testamenti preparat, si prius decebat, quam testetur, scripturam illam ne ut codicillos quidem valere. Sed alia item quæstio exoritur. Nam si testatio exquiritur, quid ita non ea probabitur, cum clausæ complicataeque testamenti tabulae singulis testibus diuersis diebus obsignandæ tradentur? Intelligendum est igitur, testamentū non esse testationem omnino, siue simpliciter: sed testationem septem testium. qua de causa dictum in definitione est: Testamentum iustum esse contestationem idque ipsum traditur à Theodosio in l. hac consultissima, 12, C. de testam. vbi statuit licere complicatum quidem aut inuolutum testamentum obsignandum testibus præbere, sic ut nullam ex illo partem intelligent, dummodo uno eodemque tempore & simul obsignent.

*Non tamen.* Hæc cum proximis verbis non satis cohærent. Et, ut quod suspicor aperiam, haud scio, an hoc Vlpiani verbum potius ad aliquam Sabini sententiam accommodatum sit, in qua scriptum eiusmodi aliquid fuisset: Mutus & surdus testes adhiberi in testamentis non possunt. *Quæ tamen* sententia puerò cui hæc Tribonianus

bouianus notanda cōmiserat, effluxerit.

*Vel sensu percipiat.* Paulus, SENTIAT. Nā in III, Sentent. Ex his, inquit, qui ad testamen tum adhibetur, si qui sunt, qui Latinè nesciant, vel non intelligent, sed tamen sentiant cui rei sint adhibiti, non vitiant testamentum. Quibus verbis difficile dictu est, non illud aperte significari, solam mentis intelligentiam exquiri: sermonis, non esse necessariam. quasi videlicet solo nutu opus sit. Quod si ita est, primùm cur surdos & mutos ab his testationibus arcemus: cum etiam nutu & mente sentire quid agatur possint? præfertim propter l. vbi non voce, D. de reg. iur. deinde quid illud est, quod in l. seq. traditur, testes rogandos esse, ut huic actioni operam dent: heredes ita nominatim appellandos esse, ut à testibus exaudiantur? Sed ut inuolutum testamentum præberi testibus obsignandum ponamus, tamen aut rogari testes & respondere rogatos, oportet: aut nutu negotiū istud transfigi. Quod si per interpretem hæc confici dicimus, arg. l. 1, in fi. D. de verb. obligat. quid est, quod sola mente sentiri hæc oportere traditur? Denique coram Titio aliquid facere iussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi intelligat: ait Florent. in l. coram, 209, D. de verb. signific. Ne multa, arbitror istud ex D. Marci rescripto contra cōmuniſ & ordinarii iuris rationem inductum fuisse.

*Latine non nouerat.* Nam latinè scribi testa-  
menta

stamenta oportebat: ante Thedosii quidem cōstitutionem.d.l. hac consultissima, in fin. & l. directas, C. de testam. manumis. l. vlt. C. de testam. tut. quin nec legatū quidem nisi Latine relinqu non poterat: vti scribit Vlpian. cap. Inst. xxv.

*Putauit non valere.* Significat alios fuisse, qui contra putarent: quorum opinionis ratio inuestiganda est. an igitur, quod aditio hereditatis coacta iure ciuili heredem efficit: qui tamen à Prætore postea restituitur? vt in l. si mulier, 21, §. si metu, D. quod met. causs. Dis similitudinis autem ratio hæc fuisse videtur, quia restitutio ei qui Iesus est, tribuitur. testis autem nō Iesus est: sed aut agnati proximi, aut heredes præter optatum suum instituti.

### Lex XXI.

#### DE LIBRO SECUNDO AD SABINUM.

##### Argumentum.

In testamento perscripto scribi heredes debent: in nuncupatio, diserte sunt nominibus appellandi, vt testes adhibiti exaudiant.

*Heredes palam ita ut exaudiiri possint, nuncupandi sunt.* Licebit ergo testanti vel nuncupare heredes, vel scribere. Sed si nuncupat, palam debet. Quid est palam? non utique in publicum, sed ut exaudiiri possit. exaudiiri autem non ab omnibus, sed à testibus. Et si fuerint plures testes adhibiti, sufficit sollemnem numerum exaudiire.

C O M -

##### COMMENTARIUS.

*Hæredes.* Et Sabini & Vlpiani verborū summa hec est: In testamento nuncupato heredū nomina ita pronuntianda sunt, vt à septem testibus exaudiantur. l. iubemus, §. oportet, C. de testam. Duo testamentorum genera fuerūt, Scriptum & Nuncupatum. Ex heredis autem institutione denominabantur. itaque si nuncupatus heres sit, legata vero in scripto relictā, Nuncupatum testamentum dicebatur: legata ex codicillis deberi. l. vlt. D. de iure codicill.

*Licebit ergo.* Superior sententia Sabini fuit. nunc Vlpiani sequitur interpretatio. Ex qua quantum inter, utriusque & ingenium & scribendi elegantiam intersit, non difficile est existimare. quid enim ab Vlpiano hic dicitur, quod non à quo quis, qui modo communis sensu & mendoci intelligentia praeditus esset, non facile ex Sabini verbis intelligi potuisset? aut vero quis ex eius verbis dubitare potuisset, an Palæ heredes nuncupare, sit in foro, aut in cello per præconem pronuntiare.

*Vel nuncupare.* Et bonorum possessio secundum nuncupationem dabatur. l. 2, C. secund. tabul. l. vlt. C. de codicill.

*Si nuncupat.* Observandum igitur, Nuncupatum testamentum ex testatoris voce, & testium auditione constare. Quod cum ita sit, difficile dictu est consuetudinem illam qua Tabel-

g 3 liones

liones acceptum ex ore testatoris nomen testibus pronuntiant, cum hoc iure congruere. Neque ad rem pertinet, l. Pamphilo, 39, §. 1, D. de legat. tertio. primū quia testatore eo loco palam omnibus audientibus C. Seiū affatus erat. deinde quia dissimilis est ratio fideicommissi singularis, quod legibus nullis tenetur: & heredum institutionis, quæ certo & proprio iure definita est. Vtrum autem nomine, an certa demonstratione designetur heres, nihil interest. l. quoties, §. si quis, & l. nemo dubitat, 58, D. de hered. inst. vnde quæsitum est, an illa demonstratio valeat: Cuius nomen in schedula quam in fano deposui, vel quam L. Titio commendau, perscripsi. Et cum Papinianus in l. asse toto, 77, D. de heredib. inst. illam demonstrationem probet: Quem heredem codicillis fecero, heres esto: quamuis codicillorum usus sit obloletus, schedulas pro codicillis accipi, ratio postulat.

*Siplures.* Paulus lib. Senten. 3, Plures quām septem ad testamentum adhibiti, non nocent. superflua enim facta prodesse, iuri tamen noce re non possunt. Hinc illud Augustini lib. de ciuit. Dei 4, cap. 27, De superuacuis, inquit, non magna cura est. solet enim & à viris peritis dici, Superflua non nocet. Quo loco I V R I S, nō V R I S, legendum, planè mihi persuadeo.

### §. I. Si quid.

*Si quid post factum.* Sabini sententia: quæ cum

cum generalibus verbis cōcepta sit, sine dubio ad omnes testamenti partes pertinuit: hoc est, & heredis institutionem, & legata, & libertates & tutelas. Posterioribus autem temporibus & codicillorū ius tantū factum est, vt mutari legata per illos potuerint: l. si quis eum, 16, D. de vulg. & pupil. & doli exceptiones usque eo productæ, vt etiam nuda voluntate & grauissimis exortis iniuriciis, adimi legata posse traditum sit. l. militis, 36, §. 3, D. de mil. test. l. 3, §. vlti. D. de adim. legat. Quid? quod etiam posterioribus temporibus natum hoc ius est, vt mutari institutio possit, si modò cum extranei instituti fuissent, nunc qui ab intestato successuri erant, instituantur: dummodo quinque testium iureiurando id comprobetur. l. hac consultissima, 21, in fin. C. de testam. vbi tamen Theodosius non quasi testamentum id valere vult, sed quasi vlti mā intestati voluntatem. Quod cū ita sit, haud scio an verba illa l. 2, D. de iniust. rupt. V E L I N E O S C R I P T V S E S T Q V I A B I N T E S T A T O V E N I R E P O T E S T: non Vlpiani, sed potius Tribonianis sint. qua de re tamen nondum quicquam affirmo.

### §. Si quid post factum.

#### Argumentum.

Mutari nulla testamenti pars, nisi omnia de integro reno ueneratur, potest. declarari tamen, & planius explicari potest.

*Si quid post factum testamentum mutari placuit omnia ex integro facienda sunt. Quod vero quis.*

qui obscurius in testamento vel nuncupat vel scribit, an post. sollempnia explanare posset queritur: ut puta Stichum legauerat, cum plures haberet: nec declarauit de quo sentiret. Titio legauit, cum multos. Titios amicos haberet. errauerat in nomine, vel prae nomine, vel cognomine, cum in corpore non errasset. poteritne postea declarare de quo senserit? *Et* puto posse. nihil enim nunc dat, sed datum significat. sed *Et* si notam postea adiecerit legato vel sua voce, vel litteris, vel summam, vel nomen legatarij, quod non scripserat, vel numerorum qualitatem: an recte fecerit? *Et* puto etiam qualitatem nummorum posse postea addi. nam *Et* si adiecta non fuisset, uti que placeret coniectionem fieri eius quod reliquit, velex vicinis scripturis, vel ex consuetudine patris familias, vel regionis.

## COMMENTARIVS.

*Post factum.* Ante perfectum autem nihil prohibet priorem scripturam posteriore corrige-re, commutare, rescindere. I. nihil prohibet, 17, D. de adiun. legat. Cum autem consulto deleta, & inducta non valeant. I. i, D. de his quæ in testam. perspicuum est. Mutandi verbum in Sabini sententia non ad lituras pertinere: sed ad inscriptiones. de quibus Vlp. d. l. i, § 3.

*Quod vero.* Sequuntur additamenta Vlpiani: quæ nisi ad alteram Sabini sententiam, hoc est de inscriptionibus, d. l. i. commodius pertineat, errare me fateor. *Quid enim ad sententiam*  
quæ

## DE TESTAMENTIS.

quæ de Mutando est, obscurorū interpretatio pertinet? cum Mutare, ut paulo post significat, propriè sit, quod prius datum non fuerat, nunc dare: aut vero quod datum antea fuerat, adime-re. l. i, §. 3, D. de his quæ in testamen-

*In corpore non errasset.* Nam error in rei legatæ corpore legatum vitiat. l. quoties, 9, D. de hered. inst. in vocabulo, non vitiat. l. 4, De legat. primo.

*Coniectionem fieri.* Ut in l. si seruus, 50, §. vlt. de legat. primo.

*Vicinitate scripturae.* Sic in l. qui filiabus, 17, De legat. primo.

*Consuetudine patrisfa.* Ut l. librorum, 52, §. quod tamē, De legat. tertio. l. labeo, 7, de supp. legat. l. ex vsu, 10, De tritic. vino legat.

## §. In testamentis.

## Argumentum.

In testamento testes esse, nisi qui hanc se operam rogatos nominatim testatori dare intelligant, non possunt.

*In testamentis, in quibus testes rogati adesse debent,* ut testamentum fiat, alterius rei caussa forte rogatos, ad testandum non esse idoneos placet. *Quod sic accipendum est,* ut licet ad aliam iē sint rogati vel collecti, si tamen ante testimonium certiorientur ad testamentum sē adhibitos: posse eos testimonium suum recte perhibere.

## COMMENTARIVS.

*In testamentis.* Sabini hæc sententia est, vsq;  
h ad

ad illud, Q VOD SIC accipiendum. idemque significatur in l. vlt. §. ylt. C. de iur. codicill. vbi hoc amplius traditur, in codicillis rogationem non requiri. Quod autem idem iuris traditur in l. ad fidem; D. de testib. generaliter intelligi posse non puto, nam in testationibus faciendis, rogandos esse testes, satis constat.

*Quod sic accipiendum.* Demiror Vlpianum in re miaime necessaria operam consumere. Nam si Sabinus Aduocandi verbo vsus esset, vt apud veteres Aduocati testes dicebatur, quemadmodum ex Plauti comediiis intelligitur: locus fortasse huic annotationi fuisset. Nunc cū simpliciter Rogadi verbo vsus sit, huius annotationis caussam video non magnam.

§. 2. vlt.

#### Argumentum.

Testamentum uno contextu sine ullius alterius negotii interpositione fieri debet.

*Vno contextu actus testari oportet.* Est autem uno contextu, nullum actum alienum testamentum intermiscere. quod (si) aliquid pertinens ad testamentum faciat, testamentum non vitiatur.

#### COMMENTARIUS.

*Vno contextu actionis.* Sabini sententia: quā Vlpianus iis interpretatur verbis, ex quibus Iustinianus testatur, innumeratas concertationes natas esse. l. cum antiquitas, 28, C. de testam.

Rem

Rem autem sic definit, vt alieni omnes actus numerentur, qui neque ad testamentum faciendum, neque ad testatoris aut testium fortuitū aliquod vitæ periculum euitadum pertineant. Quæ cū ita sint, quæsitum est à nostris, ecquid inter testamentum faciendum interponi stipulatio, alijsue aliquis contractus possit. Veluti si testator dicat, fundum illum tot aureis tibi vendo. Argumentum sumitur ex l. i, §. assignare, & l. assignare, D. de assign. libert. vbi traditur, Assignmentem neque vt legatum, neque vt fideicommissum deberi: & tamen testamento recte fieri. Hoc perabsurde sic disputatur. Nam Aliena dicuntur, quæ vel contraria vel repugnantia sunt, eiusmodi alienationes sunt quæ inter viuos fiunt. quid enim testamenis quæ post mortem demum valent, & mutari in horas possunt, à contractibus alienius est? At quæ consentanea sunt, aliena non dicuntur. qualis assignatio liberti est, quæ non nisi post mortem, item vt testamentum, vel naturalem vel certe ciuilem, valet. Itaque Donatio causa mortis ita testamētis consentanea iudicata est, vt legatis plane comparata sit. l. vlt. C. de donat. cauf. mort.

*Testari oportet.* Intelligendum est, Testationis nomine eam deum significari, quæ iuris ciuilis est: hoc est denuntiatione & responsione. cùm alioqui Testationis noīe & subscriptio & obsignatio vno contextu facta comprehen-

h 2 datur.

datur. I. hac consultissima, 21, C. eod. Hoc autem notandum fuit propter Vlpiani disputationem in l. si testamentum, 23, infra eod.

## Lex XXII.

## IDEM Libro trigesimonoно ad Edictum.

*Ad testium numerum simul adhiberi possumus, ut ego & pater, & plures qui fuimus in eiusdem potestate.*

## COMMENTARIVS.

*Vt ego.* Legendum, Et ego. Rationem autem Vlpianus exponit in l. pater, 17, D. de testib. itemque Iustin. §. 4, De testam. quoniam nihil nocet ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi. Dubitandi caussam afferebat, quod idoneus testis non est, cui testimonium imperari potest. l. idonei, 6, D. de testib. ac proinde summa patris in filium potestas cogere testimonium videretur. Legis autem aequitas est, quia cum in re aliena nihil patrisfa. intersit, locus huic suspicioni esse non potest.

## §. Conditionem.

## Argumentum.

*Testium cōditio non ex mortis, sed signandi testamenti tempore spectanda est.*

*Conditionem testium tunc inspicere debemus, cum signarent, non mortis tempore. Si igitur tunc cum signarem, tales fuerint ut adhiberi possint: nihil nocet si quid postea eis contingere.*

COM

## COMMENTARIVS.

*Conditionem.* Ius enim testamenti ex testationis temporē estimatur: siue vt valeat, siue vt non valeat. I. si filius fa. 19, suprā eo. Vulgo autem contrā in aliis testationibus omnibus putatur. & sola huic sententiæ auctoritas queritur ex notionem, 99, §. instrumentorum, D. de verbo. signifi. Primum in ea l. traditur, dilationem instrumentorum recognoscendorum caussa peti posse. quod meo iudicio, ad id quod agimus, nihil pertinet. deinde quænam esset istius opinonis aequitas, vt testationes propter accidentem aliquam in testium mutatione conditionem visitarentur? cum contrā regula iuris sit, vt quæ ab initio recte atque ordine gesta sunt, propter adventitium aliquod vitium non infirmentur. l. in ambiguis, D. de reg. iur. præterea cum maior in testimonii testamentariis quam in aliis religio adhibeat, vt ex mulierum testimonio apparet: hoc autem in testamētis comprobetur, quid ui etiam in ceteris non admitteretur? Dicet alius, Ecquo igitur exēplo seruus aut intestabilis in ius ad prætorem testimonii dicendi caussa producetur? Respōdetur, primum si necesse est, extra ordinē producetur. deinde testamentum posse etiam per duorum testimonium probari, si forte vel ceteri mortui sint, vel instrumentum perditum fuerit, communiter receptum est arg. l. 2, De bon. pos. secund. tab.

h 3 §. 2.

§. 2.

*Argumentum.*

Testatoris annulo signare testis potest.

*Si ab ipso testatore anulum accepero, et signero, testamentum valet: quasi alieno signaverim.*

*COMMENTARIUS.*

*Quasi alieno.* Dubitandi caussam afferebat, quod cum una imago esset, non septem singulatim, sed unus septies obsignasse videretur. æquitas legis est, quia plerique uno signo sine sculptura vtebantur. vt ex Papiniano iudicatur in §. 2, Inst. De testam. De annulo alieno etiam traditur in l. si unus, 12, C. de testam.

§. Si Signa.

*Argumentum.*

Signum a testatore turbatum, pro nihilo habendum est.

*Si signa turbata sint ab ipso testatore, non videtur signatum.*

*COMMENTARIUS.*

*Turbata.* Hæc enim turbatio, mutata testatoris sententiæ argumento est. item ut lini quo pertusæ tabulæ alligatae sunt, abscissio, aut signorum euulsio. l. nostram, 30, C. de testam.

*Ab ipso testatore.* Recte, nam ab alio facta sine domini iussu conturbatio, nihil nocet. Turbatum igitur à domino, idque consulto & de-

industria

industria factum esse oportet: id est rescindendi testamenti animo atque consilio. l. i, infra, De his quæ in testam. delent. & proximo capite planius intelligetur.

§. *Signum autem.*

*Argumentum.*

Non modo annulo, verum etiam quatuor quæ modo ~~xixan-~~  
~~rius~~ habeat signari potest.

*Signum autem utrum anulo tantum impressum adhibemus: an vero et si non anulo, verum alio quodam impresso? varie enim homines signantur.* Et magis est, ut tantum anulo quis possit signare: dum tamen habeat ~~scripturam~~.

*COMMENTARIUS.*

*Vt tantum annulo.* Legendū ut non tantum, ante annos duodecim multis audientibus disputauit. itaque nota illa proxima, DVMODO, perspicue flagitat, alioqui quorsum illa sigilla, quæ lingua nostra Cachettos appellamus? quæ sententiam nostram in Institut. commentariis testati sumus.

§. *Posse et nocte.*

*Argumentum.*

Signato linteo signata tabula intelliguntur.

*Posse et nocte signari testamentum, nulla dubitatio est. Signatas tabulas accipi oportet, et si linteo quo tabula inuoluta sunt, signa impressa fuerint.*

*Com-*

*Linteo.* Cui superinducta cera sit. Linteo igitur tabulæ inuoluebantur: lino traiiciebantur. §. 4, De vulg. & pupill. Suetonius Nerone: Aduersus falsarios tunc primum repertum, ne tabulæ, nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur. Eiusque rei vestigiū extat. in l. 1, in fin. D. secund. tab. Dubitandi autem cauſa hæc fuit, quia tabulæ ipsæ cera-tæ, imæ, idest postremæ obsignabātur. vt apud eundem Suetonium: Cautum, vt in testamentis primæ duæ ceræ testatorum nomine inscripto vacuæ signaturis ostenderentur. vbi tamē T M A E, idest ultimæ pro P R I M A E corrigendum arbitrarer. qua de re in 3, Obseruationum disseruimus.

## Lex XXIII.

**IDEM** Libro quarto disputationum.

*Argumentum.*

Resignatum testamentum, si modo iterū signatū sit, valet.

*Si testamentum quod resignauerit testator, iterum signatum fuerit septem testimoniis signis, non erit imperfectum: sed utroque iure valebit tam ciuili, quam prætorio.*

*COMMENTARIUS.*

*Resignauerit.* Resignare, est signa reuellere. Itaque dubitandi cauſam afferre potuit, quod cùm signa reuellere multo plus sit, quam conturbare: præterea reuelli signa sine lini abſiſſione

ſciſſionē non poſſint, ſuperius tamen dictum fit ſolam ſignorum turbationem, ſolamue lini abſiſſionem testamentum rumpere. ex l. no-1 stram, 30, C. eod. Eò accedit, quod ſubscriptio ſine obſignatione nullius momenti eſt. l. prox. §. ſi quis. hoc autem testamentum aliquandiu ſine obſignatione manſit, vt plane ruptum atque extinctum videatur, nouaq; ab integro ſolemnitas adhibenda. Respondendum igitur, testatoris mentem, animum, consilium, voluntatem in his rebus dominari. Nam ſi ſigna rum pendī testamenti animo reuellit, ſine dubio teſtamentum intercidit. at hoc loco non rūpen-di, ſed relegendi, & recognoscendi, & aliquid fortaffe mutandi consilium fuit. Maior aliquāto quæſtio exoritur propter l. hac cōſultissima, 21, C. eod. vbi Theodosius iubet; vno contextu ſubſcriptionem & obſignationem fieri. Nam ſi huius obſignationis eandem eſſe rationem dicamus, quæ illius tuit, quam in mysticis teſtame-nis obſeruabant, vt in uolutæ teſtamenti tabulæ obſignandæ teſtibus traderentur: contrà illud pugnabit, quod etiam in huiusmodi teſtamen-tis ſubſcriptio & obſignatio vno contextu fieri iubetur. Itaque, vt iam dixi, magna & prope inexplicabilis hæc quæſtio eſt. Nam vt Theodoſium multo posteriorē atētate Vlpiāno fuiffe dicainus, tamen ſubſcriptiones huius quoque tēpore uſitatas fuiffe, ſuperiore capite expositū eſt. Reliquū eſt igitur, vt clauſula illā conſide-

i remus

reinūs qua Vlpianus vtitur: quasi similis eius es  
est disputatio quæ Iuliano attribuitur in l. gal-  
lus, §. ille casus, De lib. & post. nimirum testa-  
mentum hōc neutro iure separatum, ac propriè  
considerato, perfectum esse: sed vtroque à  
à testium præsentia & subscriptione, iure ciu-  
li valeat: ab obsignatione verò, iure Prætorio.

*Septem testium.* Vtrum eorundem, an etiam  
aliorum? Nam si eorundem, male profecto de  
nostris ingeniis meritus est, Vlpianus dicā, an  
Tribonianus? cùm hæc indefinitè scripta enun-  
tiatio significare videatur nihil interesse. alio-  
qui vocem E O R V N D E M Latinæ linguae con-  
fuetudo postulabat. Itaque contrarias hæc in re  
video Doctòrum nostrorum esse sententias. Et,  
vt paucis quod sentio exponam, cum orationis  
huius Latinæ ratio, tum etiam subiecta clausu-  
la eō me adduxit, vt existimem, etiam aliorum  
testium obsignationem valere. sic enim Vlpia-  
nus infert: Vt roque iure valebit, tam ciuili, quā  
Prætorio. Ciuilis autem iuris esse præsentiam  
testium, & ex Constitutionibus subscriptionē,  
à Prætore autem obsignationē manasse, Iustin.  
in Institut. testatur. Constat autem moris suis-  
se, vt complicatae inuolutæq; tabulæ obsignan-  
dæ testibus præbérantur. Itaque iure quidem  
ciuili valebit hoc testamentum, sed ex parte:  
hoc est, à præsentia & subscriptione testium:  
iureverò Prætorio ex parte item; nimirum ab  
obsignatione. quod si iura singula separatum  
confi-

consideraremus, & testamentū hōc ad strictam  
cuiusque regulam exigeremus, sine dubio im-  
perfectum videretur. sed in fauorem testamen-  
torum propositum hoc ab Vlpiano existimo:  
non tamen assueratum. quod meo iudicio in-  
scriptio illa declarat; quæ significat caput ex  
quarto illius disputationum libro sumptum  
fuisse.

## Lex XXIII.

## FLORENTINVS Libro decimo institutionum.

## Argumentum.

Quocumque testamenti exempla ritè consignata sunt, tot  
valent.

*Unum testamentum pluribus exemplis consi-  
gnare quis potest. idque interdum necessarium est.  
forte si nauigaturus, & secum ferre & relinquere  
iudiciorum suorum testationem velit.*

## COMMENTARIVS.

*Pluribus exemplis.* Recte, Pluribus exemplis  
aliquid perscribere. cum omnium par simili-  
que auctoritas est. Itaque Suetonius in Tibe-  
rio: Duplex, inquit, testamentum fecerat, al-  
terum sua, alterum liberti manu, sed eodem ex-  
emplo. Et sic Vlpianus in l. vlt. infra. De his  
qui se delent. Sic in epist. Vatinii: Litteras ad  
Senatum nostris de rebus gestis, quo exemplo  
misericordiam, infra tibi perscripsi. At si alterum au-  
thenticum est, altera descriptio: illud exem-  
plar, hoc exemplum dicitur. vt in l. 1, §. 1, vers.

i 2 sed

sed si vnum Difsecund.tab. Ibi tamen Vlpianus Plura exemplaria dixit, pro iis que hic Florentinus exempla nominauit. Dubitandi cauſa non magna est: nimirum, quia non plura vnius hominis testamenta esse possunt. hoc autem caſu plura videbantur. Itaque Duplex, vt dixi, Tiberii testamentum Suetonius appellauit. sed reuera vnum est, pluribus exemplis scriptum: quorum tamen ita eadem vis eadēmque auctoritas est, vt vno non extante, alterum valeat. d.l. 1, §. si quis. & d.l.vlt. De his que in testam. Aliud autem est, Pluribus exemplis, aliud Pluribus codicibus testamentum scribere. in illorum singulis totum prescribitur, in his pars duntaxat: vti scribit Vlpianus d. §. si quis. Indeque illud Suetonii in Augusto: Testamentū factū ab eo, ac duobus codicibus, partim ipsius, partim libertorum Polyi & Hilarionis manu scriptum, depositūque apud se Virgines Vestales, cū tribus signatis æque voluminibus, protulerunt.

## Lex XXV.

TAYOLENVS Libro quinto Posteriorum  
Labeonis.

## Argumentum.

Qui primis heredibus nominatis, quum alios nominaturus esset, obmutuit, ejus testamentum nullum est.

Si is qui testamentum ficeret, heredibus primis nuncupatis, prius quam secundos exprimeret heredes,

des, obmutuisset, magis coepisse eum testamentum facere quam fecisse, Varus digestorum libro primo Seruum respondisse scripsit. itaque primos heredes ex eo testamento non futuros. Labeo tum hoc verū esse existimat, si constaret voluisse plures eum qui testamentum fecisset, heredes pronuntiare. ego nec Seruum puto aliud sensisse.

## COMMENTARIUS.

Prius quam secundos. Primi heredes plerunque appellatur, qui primo gradu instituti sunt: Secundi, qui secundo: hoc est substituti. Sed Labeonis verba perspicue ostendunt, nihil hæc ad substitutos pertinere: cum ita loquitur: Voluisse plures pronuntiare. Cum enim plures heredes dicimus, eiusdem gradus atque ordinis heredes intelligimus. præterea iuris quoque ratio id ostendit. nam in substitutis aliud respondendum fuisse, non dubito. constare scilicet testamentum, perfectumque esse sola primi gradus institutione: quippe quæ testamenti anima & substantia est. l. quod permanens, 10, D. de iur. codicill. l. 3, De his quæ in testam. del. quid enim, si instituti extent, substitutio-  
nis ad nos disputatio pertinet? Vnde illud vul-  
gatum in l. 1, De hered. inst. l. errore, 7, C. de  
testam. testamentum diobus hisce verbis con-  
stare posse: Titius esto: vel his, Titius heres.  
Denique sola primi gradus institutio testamen-  
ti substantia & firmamentum est: substitutio-

i 3 autem

autem, & legata, & fideicomissa, & tutorum dationes externa sunt, & accidentia: quæ sine subiecti interitu & adesse & abesse possunt. Ut mihi quidem dubium esse nō possit, quin falsa nostrorum opinio sit, qui idem in legatis putant esse ius, quod hic Seruius in pluribus heredibus statuit.

*Varus.* Alfenus Varus, Ser. Sulpitii auditor.

*Seruum respondisse.* Causæ constitutio hæc est. Qui quatuor heredes instituere volebat, posteaquam duorum nomina nuncupauit, vi valetudinis oppressus obmutuit. Eo mortuo, nuncupati bonorum possessionem postulant. Intentio agnatorum: Nullum defuncti testamētum est. D. Imo est. Q. Vtrum testamētum sit, an non. R. quia testamentum dicitur, quod heredis institutione constat. F. Imo Testamētum perfectum dicitur iusta, hoc est plena & integramentis ac voluntatis contestatio. Hæc autem iusta ac plena non est. Disceptatio ex verbi ambiguitate nascitur. Seruius respondit: Nō esse testamentum, in quo non iusta & plena defuncti sententia extaret. Contrà tamen putatur Iustinianus statuisse in l. iubemus, §. quid si non fuerit, C. de testam. vbi si te&kator plures pronuntiarit heredes, testes autem quæcundā duntaxat nomina scripsi, iacet eos demū heredes esse, quorum nomina notata fuerint. Sed Iustinianus de Scripto, nos de Nuncupato testamēto agimus. Scriptia autem nisi quatenus

scriptura

scriptura extat, vis nulla est. denique ex eo testamētorum genere postulari bonorum posses-  
sio, nisi secundum tabulas, non potest. Ex eodē testamento agi simul & secundum tabulas, & secundum nuncupationem non potest. Iā verò quod traditur in l. hac consultissima, C. eod. vbi heredes instituti sunt, qui ab intestato suc-  
cessuri fuerant, imperfectum testamentum valere: primū, ius hoc totum singulare & ex-  
traordinarium est: neque iuri communi oppo-  
nendum. deinde ne testamentum quidem hoc appellatur, sed vltima intestati voluntas: po-  
stremp̄ imperfectum eo loco dicim̄, non à te-  
statoris persona, aut institutionis iure: sed à ri-  
tu & sollemnibus dumtaxat.

*Constaret voluisse.* Vnde autem constabit opinor ex eo præcipue, si forte ex certis assis-  
partibus priores instituisset, neque assēm com-  
plessit.

*Nec Seruum puto.* Ingenuè Iauolenus: cùm in Labeonis nota subesse cauillationem con-  
faret. Cur enim Primos Alfenus nominasset, nisi  
alios superesse constitisset? Similis cauillatio no-  
tatur aliis locis nonnullis. Hac de re superius  
sub l. is cui, 18, §. 1, satis dictum est.

## Lex XXVI.

*Celsus Libro quintodecimo Digestorum.*

*Argumentum.*

Qui testamentum scribit, testis eidem adhiberi testamēto pō.  
*Domitius*

**Domitius Labeo Celsi suo salutem.** Quæro an testium numero habendus sit is , qui cum rogatus est ad testamentum scribendum, idem quoque cum tabulas scripsisset, signarit . Iubentius Celsus La-beoni suo salutē. Aut non intellego quid sit de quo me consuleris, aut valide stulta est cōsultatio tua. plus enim quam ridiculum est dubitare, an aliquis iure testis adhibitus sit, quoniam idem tabulas, testamenti scripserat.

## COMMENTARIUS.

**Domitius.** Qui ad scribendum testamentū rogatus est, obsignare illud, vt testis potest. Hos autem Testamētarios appellabant. l. 1, D. si quis aliq. test. prohib. l. 9, D. de hered. instit. Dubitandi caussa hæc fuit: quia nemo in re sua testis est idoneus . Scriptum autem illud, res eius esse videbatur, qui id confecerat, quasi Depul sionis Ratio sit, res sua cuiusque dicitur, in qua quid ab eo gestum est . vnde illud legis Corne liæ & Neronis apud Sueton. Ne quis alieni testamenti scriptor, legatum sibi ascriberet, quasi sibi ipse testimonium diceret. Firmamentum autem eius qui scriptoris testimoniu[m] oppugnat, huiusmodi: Imo, Res sua cuiusque dicitur, in qua eius negotium gestum est. Totum autē hoc quicquid est negotii inter testatorem & heredem transfigitur: vt ait Imp. §. 3, De testam. At Doctores nostri, vt Labeonis pudorem conseruarent, eiisque consultatione ab opinione stultiæ

stultiæ vindicarent, alteram Iubentiani dilemmatis partem arripuerunt: quasi Domitii consultationē Iubentius non intellexisset: quæstionis autem caussa hæc fuisset, quod in testamentis in quibus testes rogati adesse debent, alterius rei caussa forte rogati, ad testandum idonei esse negantur. in l. heredis, 21, §. pen. supra eod. hic autem ad scribendum aduocatus, & rogatus, post scriptum confectum rogatus nō fuisset, vt testimonium perhiberet, & obsignaret. Qua ex re de mirifica nostrorum argutia & subtilitate existimari potest: qui vt Domitii estimationi consulant, & Iubentium stuporis ac tarditatis, & illum longe majoris stultiæ coarguunt. Non animaduerterunt scilicet Iubentium hunc Celsum Adriani temporibus, quibus Domitius Labeo adolescēs exortus est, natu iam grandem, & morosum, & illius, vt credi par est, præceptorem, hac responsionis acerbitate illius studium acuere voluisse. Increpari autem adolescentes à senibus, præsertim studiorū & disciplinæ caussa, honori potius illorū quam vitio vertitur. Proptera autē stultior nostrorum consultatio fuisset, quia & Sabini regula in d. §. penult. & quævis alia similis sententia, perspicue loquitur de aduocato alterius rei quam testamenti caussa. veluti si medicus curationis caussa rogatus, sine altera rogatione noua & certa, testamentum obsignaret. At is de quo agebamus cuiusnam alterius rei, nisi testamen-

k menti

menti causa, euocatus & rogatus fuerat: an qui ad scribendum testamentum rogatus est, alterius cuiuspiam negotii quam testamenti causa rogatus est? Cum enim, rem altera dicimus, alteram nimis à testamenti negotio & actio ne intelligimus. Dubitandi ergo hac quidam ex parte causa fuit nulla. At ex altera parte eo maiorem fuisse, vel ex nostris moribus facilius erit intelligi, quibus Notarios & Tabelliones in testamentis scribendis, ceterisque testationibus conficiendis adhibemus. quos in ea re cuius ipsi testationem conficiunt, testes adhiberi, nulla ratio est.

## Lex XXIX.

## PAVLVS Libro quartodecimo Responsorum.

## Argumentum.

Scriptura ad testamentum parata, vim testamenti non habet, nisi hæc ei verba defunctus subscriperit. Hoc testamentum, quacunque ratione poterit, ratum esse volo.

*Ex ea scriptura quæ ad testamentum faciendum parabatur, si nullo iure testamentum perfectum esset: nec ea quæ fideicommissorum verba habent, pe- ri posse. Ex his verbis quæ scripturæ paterfamilias addidit, ταῦτα τὴν διάθεσιν βοηθεῖται πολλαχοὶ εὐοις. Vide- ri eum voluisse omnimodo valere ea quæ reliquit, etiam si intestatus decessisset.*

## COMMENTARIUS.

Huius legis duo quidem sunt capita: sed inter-

ter se coniungenda, & simul legenda sunt: hoc modo: Ex imperfecto testamento, quāuis fidei commissariis verbis constet, nisi pro codicillis valere iussum sit, nihil debetur. Enunciationes igitur duæ sunt: quarum hæc prior est: Scripturæ ad testamentum paratae, quanvis fideicommissaria sit, tamen vis nulla est. Quod idem traditur in l. si veritas, 23, & l. ex testamento, 29, C. de fideicom. l. fideicomissa, II, D. de leg. tertio. Altera hæc est: Testamentum imperfectum si pro codicillis valere iussum sit, valet. l. si iure, II, C. de testam. manumis. l. vlt. C. de codicill. & l. 3, D. de milit. testam. Eoque pertinet l. Lucius, 89, §. vlt. De legat. secundo. Neque aduersatur l. vlt. D. de iur. codicill. quia codicilli etiam nuncupati testamenti appendices sunt. Multo minus l. in testamento, 38, De fideic. liber. quia pietatis causa singulare ius contra iuris ordinarii rationem introductum est. Quarū causarum consequentia nulla est. l. quod contra, De reg. iur. Restat l. Titia, 13, De inoff. testam. sed cum testamentum per inofficiosi querelam tanquam furiosi rescissum sit, ne codicilli quidē ex eo valere possunt. nihilomagis enim codicillos quam testamentū facere furiosi possunt. l. ne codicillos, 5, C. de codicill. l. 2, §. 2, D. eod.

*εἰνὶ μὲν εὐοις. Clausulæ codicillaris for- mulæ duæ sunt: quarum hæc prior est: Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum:*

k 2 l. si iure

1. si iure, 2, C. de testam. manumiss. l. vlt. C. de codicill. l. coheredi, 41, §. 2, De vul. & pupill. altera clausula hęc est: Quoquo modo, quacunque ratione poterit. vt hac l. & l. 3, D. de mil. testam. l. Lucius, 89, §. vlt. De leg. secundo.

## Lex XXX.

## IDEM Libro tertio sententiarum.

## Argumentum.

Testis, quis, & cuius testamentum signet, adnotare debet.

*Singulos testes, qui in testamento adhibentur, proprio chirographo adnotare conuenit, quis, & cuius testamentum signauerit.*

## COMMENTARIUS.

*Proprio chirographo.* Ex omnibus obseruationibus testamentariis summa hęc & acerrima fuisse uidetur: vt testis nemo nisi qui scribere possit, admittatur. quin & subscriptionis formula præscribitur: L. Titius C. Meuii testamento testis subscripti, idq; ob signauit. Obseruandum igitur quod aliquoties iam dictū est: multo maiorem in testamentariis quam in aliis testimoniis religionem adhiberi solitam fuisse.

## Lex XXXI.

## IDEM Libro quinto sententiarum.

## Argumentum.

*Hęc verba, illum heredem instituam, vim testamenti non habent.*

Eius

*Eius bona, qui se Imperatorem facturum heredem esse iactauerat, à fisco occupari non possunt.*

## COMMENTARIUS.

Huc illud Suetonii pertinet in Domitianifrita: Confiscabatur alienis sumae hereditates vel uno existente qui diceret, audisse se ex defuncto, cum diceret, heredem sibi Cæsarem esse.

F I N I S.

DE LIBERIS ET  
POSTVMIS HE-  
REDIBVS INSTI-  
tuendis vel exheredā-  
dis. TIT. II.

Lex I.

VLPIANVS *Libro primo ad Sabinum.*

*Argumentum.*

Nominatim exheredari etiam dicitur, qui vel nomine, vel prænomine, vel cognomine tantum appellatus est.

*Quid sit nominatim exheredari videamus.no-  
men, & pronomen, & cognomen eius dicendū est,  
an sufficit vel unum ex his? & constat sufficere.*

COMMENTARIUS.

 *Vid sit Nominatim.* Antecedebat scilicet Sabini sententia, ex præscripto. I.inter cetera, 30, D.de lib. & postum. nimirum, Testamenti caput esse, vt Filiifa. vel heredes instituantur, vel nominatim exheredentur. Cuius positionis ratio hęc est. Nā cùm rei paternæ, quasi suæ, he- redes l.x i.i.tab.designati sint: iure ciuili, hoc est à Iuriscons. constitutum fuit, vt eorum præ-  
titione

ritione testamenta vitiarentur: quasi obliuio- ne præteriti fuissent. Aut igitur instituendi, aut exheredandi fuerunt, sed quia non quæuis ex- heredatio, verū ea deīum quærite facta est, valet: l. non putauit, 8, §. 2, D. de contr.tab. propterēa quid sit, Rite exheredari ab initio demō strandum fuit. Intelligendum est igitur, Exheredationis duas formulas fuissē: vnam vulgarē, & in testamentis prope sollempnem atq; vfitarā: CETERI exheredes sunt. vt patet ex l. Lucius, 53, De hered.instit. qua formula reliqui omnes præter filiosfa. continebātur. hoc est, parentes, liberi secundi gradus, filiæ, propinqui, affines, amici. in hos enim etiā Exheredādi verbū abu- sione quadam transferri, multis testimoniis in Commentario verborum iuris, docuimus. Al- tera exheredationis formula filiorumfa. pro- pria, præcipua, ac peculiaris fuit: eaque NO- MINATIM fieri dicebatur. Nomen autem propterēa exigebatur, quia cùm exheredatio & naturæ iuri, & leg. xxi. tab. contraria sit, nisi de testatoris voluntate certū & exploratum es- set, nunquam Iurisconsultorum interpretatio- ne adiuuabatur. Non igitur satis fuit scribere, CETERI exheredes sunt: vt filiifa. excludan- tur. Sed aliud est, CETERI exheredes sunt: aliud CETERI filii exheredes sunt. tūm enim nominatim propter filiorum vocabulum con- cepta exheredatio videtur. l. titius, 25, inf. eod. *Constat sufficere.* Nam, hoc amplius, dū ex- ploratum

ploratum sit de quo agatur, utrum nomine, an certa demonstratione res designetur, nihil interest. §. siquidem, De legat. l. quoties, 9, §. si quis, D. de hered. instit.

## Lex III.

Exhibitum de summa ipsius etiam hinc habemus.

## IDEM Libro sexto Regularum.

## Argumentum.

Oratio hæc, filius meus exheres esto; si unicus sit filius, valet; si plures, nequam.

Nominatum exheredatus filius est, ita videtur, Filius meus exheres esto, si nec nomine eius expressum sit, si modo unus sit. nam si plures sunt filii, benigna interpretatione potius à plerisque respodetur, nullum exheredatum esse.

## COMMENTARIVS.

Benigna interpretatione. Ex iuris igitur & æquitatis contentione nata disceptatio est. Sūmi autem iuris rationem hanc esse arbitror, quod indefinita oratio, idem quod vniuersalis valet. Vnde Vlpianus in l. si quis ita, 16, D. de testam, tut. Si quis, inquit, filio tutorem dederit, & plures filios habeat: an omnibus filiis dedisse videatur? magis est, ut omnibus dedisse videatur. quin & si dixerit, Filiis meis tutores do: etiam filiabus dedisse intelligitor. l. si ita sit scriptum, 45, D. de legat. secund. Ex quo intelligi potest, si qui plures filios habebat, ita scripsit: Filius meus heres esto; non esse dubitandum,

et

quin

qui omnes filios instituisse videatur. Constat autem contrariorum candem esse disciplinam. Hæc igitur cum iuris summi subtilis & exquisita ratio esset, tamen potiorem æquitatis, & benignitatis quam rigoris habédam esse rationem, existimatum est: vt Paulus scribit in l. cum quidam, 19, infrà eod. aliam caussam esse institutionis, quæ benignè acciperetur: aliam exheredationis, quæ interpretatione adiuvanda non esset. Quod autem de filiis hoc loco traditur, idem de postumis intelligendum est. Itaque si postumus singulari numero institutus est, plures nati ex æquis partibus instituti intelligentur. l. vtrum, 7, D. de reb. dub. l. clemens, 81, D. de hered. inst. At si exheredatus est postimus, & vel plures filii, vel filius & filia nascatur, nulla erit exheredatio. l. 1, §. 2, D. de vent. in poss. mitt. quin etiam cum in caussis odiosis fœmininum sub masculino non comprehendatur, postumi filii neque institutione neque exheredatione filiam contineri existimarem. arg. l. si ita scriptum, 13, D. infrà eod. Ad superiorem partem pertinet Iustiniani constitutio ex æquitate nata in l. cum inter, in fi. C. de fideic. libert.

## Lex III.

## IDEM Libro primo. ad Sabinum.

## Argumentum.

Hæ formulæ, Vxore mea natus, non nominandus, non filius meus, latro, gladiator, adulterio natus, exheres esto: valent.

I Et

*Et si pepercerit filium dicere, ex Seia autem natum dixit: recte exheredat. & si cum conuicio dixerit, Nō nominandus, Vel non filius meus, latro, gladiator: magis est ut recte exheredatus sit. & si ex adulterio natum dixerit. Pure autem filium exheredari Julianus putat, qua sententia vtimur.*

#### COMMENTARIUS.

Nominatum exheredari dicitur, qui certa demonstratione quanuis contumeliosa designatur.

*Ex Seia natum.* Ex uxore, ex qua alius præterea nullus superstes erat.

*Cum conuicio.* Melius dixisset, Cum maledicto. nam Conuicium, multarum vocum est: vt in Verbis iuris docuimus. neque ad rem pertinet quod traditur in l. turpia, 54, De legat. secund. nam maledictum & contumelia in extraneum, quanuis institutionis legatiue nomine quæsito, coniecta, eius existimationem lædit. Itaque nec legatum, nec institutio contumeliosa in extraneo probatur. l. quoties, 9, §. si quis, De hered. instit. at ob patris maledictum neque filii existimatio læditur, neque iniuriarū actio nascitur. vnde etiam filii institutio quantūvis contumeliosa probatur: Ille filius meus impiissimus, male de me meritus. l. his verbis, 48, D. eod.

*Ex adultero.* Nisi tamen contrarium probetur, hoc est ex testatore natum fuisse. l. si postulumus, 14, in fi. & l. seq. infra eod.

Pure

*Pure autem.* Hermogenianus in l. sed sub conditione, 18, D. de contr. tab. caussam hanc affert, quia certo iudicio liberi à parentum successione remouendi sunt. hoc est, cum lex xii. tab. filiosfa. rei paternæ heredes ac dominos designarit, eisque quodammodo paternā hereditatem adiudicarit: tametsi alio capite iubeat, Vti paterfa. legarit, ita ius esse: tamē nunquam iis hereditatem abiudicandam esse, nisi iustis & certis de caussis exheredatio facta sit. l. vlt. D. de bon. damnat. Exheredationes autē conditionales cùm ex incerto futuri temporis euentu pendeant, magis fortuitæ sunt: quām certo & explorato iudicio constitutæ. Eadem porro institutionis ratio est: vt sub fortuita conditione facta, nullius momenti sit. l. 4, De hered. inst. Vbi tamen sub conditione concepta institutio est, sub contraria conditione concipi exheredatio poterit. l. iam dubitari, 86, D. de hered. inst. l. si pater, 4, C. de inst. & subst. Cuius rei ratio perobscura est. Conditionalis .n. enuntiationis hæc vis est, vt quæ si affirmetur vera est, eadem si negetur, falsa sit. itaque qui sic loquitur, Heres esto, si Consul fiat: vi ipsa hoc dicere videtur, Heres non esto, si Consul non fiat. Huiusmodi inquam harum conditionum ~~moderata~~ est, qualis apud Dialecticos in subalternis pronuntiatis esse solet, cum per geminæ negationis adiectionem æquipollentes efficiuntur. Veluti, Omnis homo est animal.

l 2 Aliquis

Aliquis homo est animal. Nā si in alterutra duplice interponamus negationem, idem utraque valebit atque efficiet. veluti, Omnis homo est animal: Non alius homo non est animal. item, Aliquis homo est animal. Non omnis homo non est animal. Hæc igitur harum conditionalium enūciationum vis est, ut contrariarum contraria sit consequentia. hoc est, ut quæ conditio si affirmetur, vera facit enūciationem, eadem si negetur, falsoam illam efficiat. veluti, Heres esto, si volet: hanc in se vi sua cōpletebitur: Si non volet, exheres esto. Ita dubitari, 86, D. de hered. instit. Itaque quæstio exoritur: Cūm omnis institutio sub conditione facta, sub contraria conditione exhereditationem contineat: viciſſimq; eadem exhereditationis ratio sit: quid est, quod in filiis, in alterutra sola non valet, utraque coniuncta valet? Responsio est: quia cūm & naturæ ius, & lex x i tab. filiis paternā hereditatem adiudicari: nisi pater disertè ac nominatim eā ab illis abjudicet, (cuius rei potestatem ex altero capite obtinet, V T I L E G A S S I T &c.) Iurisconsulti nunquā interpretatione exhereditationes adiuvant. Hæc autem ~~reprobata~~ ex interpretatione est: non verbis disertis concepta & expressa. Itaque eam Iurisconsulti repudiant. ac disputat: quoniam alter tantum euentus expressus est, alter verò tacitus: hoc casu tacito præteritionem admissam esse. quæ præteritio testamentum vi-

tiat

tiat, iniustumq; solet efficere. Quæ ex disputatione patet, id quod Pomponius ait in l. si quis Sempronium, 68, De hered. inst. in testamento quædam tacita valere, quæ expressa corrumptas in utramque partem recipiendum esse: vt sit, quædam expressa valere, quæ tacita corrumpentia sunt: accessu fiduciæ insuper, in utramque partem recipiendam manifestissimi debentur.

### Filius.

*Filius inter medias quoque heredum institutiones recte exhereditatur: et erit à toto gradu summatus; nisi forte ab unius persona eum reflector exhereditauerit. nam si hoc fecit, virtuosa erit exhereditatio: queadmodum si ita eum exhereditauerit. Qui quis mihi erit filius, exheres esto. nam ut Julianus scribit, huic modi exhereditatio virtuosa est: quoniam post adiutam hereditatem soluit enim summotum, quod est impossibile.*

*Filius ante institutiones exhereditatus, ab omnibus gradib. remouetur: inter medias institutiones, ab uno illo gradu: inter institutiones & exhereditationes, etiam si mixtae sint, ab utroque gradu: à toto porro gradu exhereditari filius debet: ab una eius persona, non potest. Vel sic, & brevius: Exhereditatio ante omnia facta, vnde insummouetur. inter medias institutiones, ab illo gradu: inter gradus, etiam permixtos, ab utroque. ex parte vero facta, non valet. Gradus est ordo deferendæ hereditatis, qui pro or-*

dine  
13

dine testatoris in exheredes factos descriptus est. Itaque primus gradus dicitur, cui primo loco hereditas defertur: secundus, cui secundum illum, & illo deficiente defertur, qua de caussa Substitutio dicitur. Constat autem institutos priore esse amoris gradu apud testatorem, quam substitutos: hoc est, malle hunc ab institutis suam hereditatem capi, quam à substitutione. Nunc doctrinæ summam perstringemus: quam quinquepartito distribueimus. Exheredatio enim quinque in locis tantum collocatur: hoc est, aut ante omnia: aut post omnia: aut inter institutiones & substitutiones: aut inter medias institutiones: aut inter medias substitutiones. l. 3, De iniust. rupt. test. Locus sextus reperiri non potest. Exheredatus ante institutiones, ab omnibus gradibus summotus est. hoc ipso. §. Post omnia exheredatus, similiter. l. 1, C. de inst. & subst. Inter duos gradus, ab utroque gradu exclusus est. hoc ipso §. Inter medias institutiones, illo totogradu remotus est. hoc ipso §. Illud porro intelligendum est, exheredatione ab uno toto gradu fieri oportere: a parte vero, hoc est non omnibus eius personis, non posse. l. non putauit, 8, §. 3. D. de cont. tab. & l. cum quidam, 19, infra eod. vbi ratio adiicitur, cur non ut institutione, sic etiam exheredatio in certa parte valeat: cum tamen contrariorum contraria sit consequentia. quia non ut institutiones, sic etiam exheredationes.

inter-

onib

interpretatione adiuuandæ sunt. hoc est, cū lex xii tab. paternā hereditatem filio totā atque integrum adjudicari: si pater ei partem dun-taxat abiudicet, eum in reliqua parte præteriis se iudicatur. Interpretatio ergo Iurisconsultorum non adiuuat, sed oppugnat exheredationes. alioqui si parem in exheredationibus quam in institutionibus interpretandi ratione admitterent, eandem esse rationem harum formularum responderent: Filius & Titius heredes sunto. Filius ex semisse exheres esto: Titius ex illo semisse heres esto. Sed si hæc admittetur, filius non ex testamento, sed ex lege atque ab intestato heres esset: Titius autem ex testamento. contra regulam, Nemo potest ex parte testatus, &c.

*Quisquis mihi.* Hæc formula, Titius mihi heres esto: Filius exheres esto: recta & probabilis est. at illa, Titius mihi heres esto: si Titius heris erit, filius exheres esto: propter illa adiunctionem non admittetur. l. si quis Séproniū, 68, De hered. inst. quid ita: an quia conditionalis est? vt nostri vulgo existimant. nequam. hæc enim, *QVIS QVIS* mihi heres erit, cui illa comparatur: conditionalis non est: nequatenus probatur. Præterea Julianus nō dixisset, impossibilem hanc esse exheredationem: quid ergo est? ni mitum quia Heres & Exheres ex eorum contrariorum genere sunt, quæ Prudentia nominantur: quorum ea natura est, vt alterum

alterum non prius esse d'esinat, quām ab altero pellatur. Hoc autem casu neque filius exheres esse potest, quia Titius heres sit: neque rursus Titius esse potest, quia hereditatem adierit: hoc est, quin exheres filius fuerit. nam ut ait Triphon in l. filium, 20, De contr. tab. Exhereditatio non adita ex testamento hereditate, nullius est momenti: ne testamentum per omnia irritum ad notam exhereditationis solam proficisse videatur. Alter igitur alteri sic obest, ut recte Julianus conceptionem hanc impossibilem esse affirmet: quia Neutri ex testamento locus esse potest, osu[m]a[n]t[ur] x[em] nos aut illi, n[on] i[n] s[ecundu]m eius. Si ita restatus, videlicet si p[ro]p[ter] f[iliu]m emolli. *Argumentum.*

A quo gradu filius exheredatus est, ab eo valere testamentum incipit.

*Si ita restatus sit pater familiæ, Ut a primo quidem gradu filium præteriret, a secundo solo exheredaret: Sabinus & Caſius & Julianus putant, p[er]emptio primo gradu testamentū ab eo gradu exordiu capere, Unde filius exheredatus est. quæ sententia comprobata est.*

#### COMMENTARIUS.

Papinianus in l. si filius, 75, De hered. inst. & Paulus eius auditor in l. ex facto, 43, §. huius, De vulg. subst. ita quæſtionem hanc tractare existimantur, quasi primus gradus pro nullo ac pro non scripto numeretur: ac proinde eo obtinenda

literato

literato testamentum à secundo gradu valere incipiat. Cui sententiæ apertissime noster hic idem Vlpianus aduersatur in l. non putauit, 8, §. 1, & §. 5, D. contr. tab. ubi diserte scribit, si à primo gradu exhereditatio prætermissa sit, quāuis à secundo sit adhibita, tamen si hereditas in illo primo gradu versetur, hoc est, si institutus testatori superstes sit, testamentū nulla ex parte valere. Quæ sententia primū cum illo veteri Iurisconsultorum instituto consentanea est: Exhereditationes non esse interpretatione adiuvandas, sed quoad facultas feret repudiandas. Deinde naturalem æquitatem habet, ut quo in gradu versatur hereditas, si ab eo gradu præteritus sit filius, totū testamentū propter præteritionē filii vitietur. Nonnulli autem ita hæc diluunt, quasi de filiofa. hic agatur: illic autem de emancipato: quorū dissimilis ratio sit. sed videamus, ne non satis animaduertat, id quod ius ciuile hoc in genere filiisfa. præstat, Præterem simillima ratione emancipatis præstare; præterea si propter emancipatorum præteritionēm testamentum rescinditur: quanto æquiū est propter filiorumfa. præteritionem rescindi? Alii verò sic disputant: iure quidem ciuili nullum esse testamentum, cum à primo gradu præteritus est filius. iure autem prætorio, valere: & quia bonorum possessio secundum tabulas eius datur, præterito filio possessionem contabulas esse necessariam. Atenim si hanc Sabina-

mnia-

nianorum sententiam quām hoc loco Vlpianus probat, ex Papiniani & Pauli sententia interpretetur: perspicue hic traditur, iure ciuili valere testamentum: quia, vt illi sentiunt, tanquam obliterato primo gradu, initium sumit à secundo. præterea vbi istius inter ciuile & prætorium ius differentiæ mentio in libris nostris vlla est? Quare videamus cū Vlpianus hoc loco Sabinianos & Cassianos huius sententiæ auctores laudet, ne significet, atque adeo aperte ostendat, in contraria sententia Proculianos & Pegasianos fuisse. Quid igitur? (dicit aliquis) secūmne Vlpianum pugnare & contraria tradidisse dicemus? nam eius nomē cūm hoc loco, tūm in d. l. non putauit, inscriptū est. Quare videamus, ne verbum hoc P E R E M P T O non sic accipiendum sit, vt à nostris solet, pro obliterato, inducto, pro nihilo numerato: sed potius pro Destituto, vel Deficiente. nimirum cū institutus ante testatorem decesserat. quasi huius loci sententia hæc sit: Exheredatio à primo gradu præterita, à secundo facta, si modò primus perimatur, ac deficiat, valet. Si similiter enim in l. 5, de iniust. Vlpianus dicit, gradum in quo nō versatur hereditas, esse nullum. Et profecto ita est, vt Africanus in l. si postumus, 14, infrà eod. aperte sententiam hanc sequatur: cū ait, si postumus à primo exheredatus, à secundo præteritus, à tertio exheredatus sit, quāuis & postumus deliberate primo mo

riatur

riatur, & primus repudiet, secundus autem vi-  
tiosus sit, non tamen testamentum à tertio gra-  
du exordium capturum. scilicet quia secundus  
gradus peremptus non fuit: sed in eo hereditas  
versata est. Neque magnopere nos moueat,  
quod in d. l. si filius, §. lucius dicitur, vbi fi-  
lius à primo gradu præteritus, in secundo vero  
scriptus heres, hoc est, substitutus est: quasi  
obliterato primo gradu testamentum à secun-  
do incipere. quia cum omnis substitutio, insti-  
tutio fit: filius præteritus dici non potest: sed  
vere & legitime institutus. etiam si centesimo  
gradu scriptus fuisse. Itaque dici non potest,  
hereditatem in primo gradu vñquam versatam  
fuisse: vt non sane similis horum casuum ratio  
dici possit. Quod cum ita sit, aut Papiniani  
& Pauli sententiæ ex Vlpiani verbis interpre-  
tandam existimarem: hoc est, vt defecisse per-  
emptūque prium gradum fuisse dicamus: aut  
certe vtrunque illorum sese ad Proculianorum  
numerum & sententiam aggregasse. Sabinia-  
norum antem sententiam secutus est Pompo-  
nius in l. si à primo, 8, infrà eod. cum statuit, vbi  
à secundo gradu exheredatio præterita est, quā-  
uis in primo facta sit, tamen si omittente pri-  
mo hereditas ad secundum deuoluatur, quia  
iam hereditas in secundo gradu versatur: irri-  
tum vsquequaque testamentum esse: & substi-  
tutum heredem non futurum. quanuis filius  
quoque ante prioris omissionem decesserit:

m 2 vnde

vnde intelligitur, Exheredationem non in uno tantum gradu esse necessariam: sed omnino in omnibus: duntaxat, in quibus hereditas versatur. Similiter Scæuola in. l. pen. D. de iniust. rupt. planissime demonstrat, exheredationem à secundo gradu præteritam, quamuis à primo facta sit, (in quo ipso primo hereditas ex parte versetur) tamen si ex altera parte in secundo versari incipiat, (nimirū ob vnius ex institutis mortem, cuius in locum vnuis ex secundo gradu successit), testamentum vsquequaque irritum iudicari. vt iam dubitari non possit, eandem horum omnium sententiam fuisse, quæ & Vlpiano ascribitur in d. l. non putauit. §. 1, De contr. tab. aliqua parte tabularum exherede scribi non sufficere: sed iis omnibus gradibus in quibus hereditas versatur. Sed exoritur dubitatio propter l. 5, D. de iniust. rupt. test. vbi Vlpianus hic idem noster sic scribit: Rumpendo autem testamentum sibi locum facere postumus solet: quamuis filius sequente gradum, à quo exheredatus est, patiatur valere. Respondendum est, verba hæc ex subiecta disputatione intelligenda esse. nimirum vbi sub conditione institutio facta est. Hanc enim inter filium & postumum differentiam Vlp. statuit, quod postumus pendente conditione sub qua primus gradus institutus est, agnascens, quamuis non hereditas, sed spes tantum in ea versetur, testamentum rumpit: etiam si postea defecerit

defecerit conditio. filio vero non tantum tribuitur. conditionis enim clementum expectare cogitur: quæ si defecerit, sequentem gradum à quo exheredatus est, valere patitur. Multo minus nos locus insequens mouere debet, quæ tamen omnes nobis interpretes obiciunt: Sed si (inquit Vlp.) à primo gradu præteritus à secundo exheredatus sit, si eo tempore nascatur postumus, quo aliquis ex institutis vixit: totu<sup>m</sup> testamentum ruptum est. nam tollendo primu<sup>m</sup> gradum, sibi locum facit. Nihil dici potest cum hac nostra sententia congruentius. idem enim prorsus de postumo statuitur, quod in l. non putauit, de filio respondsum est. nimirum si eo tempore nascatur postumus, quo hereditas in primo gradu versatur, totum testamentu<sup>m</sup> rumpere. In d. l. 5, tripartita disputatio est: hoc modo: Postumus à primo gradu sub conditione instituto præteritus, à secundo exheredatus, agnascitur aut pendente, aut existente, aut deficiente conditione. siue pendente autem, siue existente nascatur, vniuersum testamentum rumpit: quia hoc casu hereditas in primo gradu versatur: in illo, spes. sin defecerit conditio, nihil dubitationis est, quin quasi obliterate primo, secundus gradus, valeat; & ab eo testamentum exordiu<sup>m</sup> capiat. Superest, vt cauf sa constitutionem exponamus. Ergo qui filiu<sup>m</sup> habebat, ita testamentum scripsit, vt à primo gradu eum præteriret, à secundo exheredaret.

Dupliciter aut̄ h̄ec tractatur qūestio; primū cū institutus testatori superstes fuit: deinde cum ante illū decessit. Superstitem igitur institutū ponamus, & cum secundum tabulas bonorum possessionem peteret, ei filium aduersatum, quōd se pr̄teritum diceret. Intentio filii; Pr̄teritus sum. D. Non es. Q. Vtrum pr̄teritus sit, an non. R. Quia Pr̄teritus dicitur, cuius mentio nūquam facta est; quasi obliuione omisus sit. Tui autem à secundo gradu ita mentio facta est, vt obliuione omisus dici non possit. F. Imo pr̄teritus dicitur, cuius mentio ab eo gradu in quo hereditas constitit, facta nullā est. Pr̄teritus enim non dicitur ab eo gradu, qui nullus est: pro nullo autem numeratur, in quo nunquam hereditas constitit. Disceptatio ex ambiguitate verbi Pr̄teritus nascitur: vtra melior definitio sit. Sed cū pr̄teritus sit, relationem habet sine dubio ad eum gradum, in quo hereditas versatur.

**Lex IIII.** dicitur in libro  
ai ex i. IDEM Libro tentio ad Sabinum.  
scriptis ad legem Argumentum.

Et maritus & non maritus facere postulum heredem potest: cuius institutio in omnes postulos, quamvis ex posteriori re matrimonio, valet.

**Placet omnem masculum posse postulum heredem scribere, siue iam maritus sit, siue nondū vxorem duxerit.** nam & maritus repudiare vxorem sibi potest

poteſt: & qui non duxit uxorem, poſtea maritus effici. nam & cum maritus poſtumum heredē ſcribit, non utique is ſolus poſtumus ſcriptus videtur, qui ex ea quam habet uxorem, ei natus eſt, vel is qui tunc in utero eſt: verū is quoque qui ex qua- cunque uxore naſcatur.

### COMMENTARIVS.

Hæc Sabini ſententia de quibusuis poſtumis intelligenda eſt: hoc eſt, tum de antiquis, tum de Velleianis. qua de cauſa Sabini verba hæc omnia eſſe arbitror: Placet omnem masculum poſſe poſtumum heredem ſcribere, ſiue iam maritus ſit, ſiue nondū uxorem duxerit. Prius tamen membrum ante vocē SIVE, multo ante Sabini etatem conſtitutum fuīſe conſtat. Præterea notandum eſt, Sabini ſententiam in l. 3, De iniust. rupt. ex hoc eodem & libro tertio & discipline genere ſumptam fuīſe. Poſtumi virilis ſexus, inquit, ad ſimilitudinem filiorum nominatim exheredandi ſunt, ne teſtamentū agnascendo rumpant. Quo in loco cum de teſtamenti ruptione agatur, veriſimile non eſt nō illa quoque verba interiecta fuīſe, VEL IN- STITVENDI quinetiam ſatis conſtat, multo magis de institutione, quam de exheredatione factam mentiōne, fuīſe. Quod cū ita ſit, nonne poſt illam ſententiam abſurdissimū ſuif- fet, hoc tātum inferre: Placet omnem masculum, poſſe poſtumum heredem ſcribere. prae- fertim

sertim, vt iā antē dixi, cūm id multis ante Sabi-nū ætatibus cōstitutū fuerit. Cūm autē Sabinus illo verbo PLACE T vtatur, verisimile est eū si-gnificare, placitū hoc de nō maritis suo tépore decretū cōstitutūq; fuisse. vt in d.l.3, §. Sed et si. Placet, siue post mortem testatoris &c. ea enim secundam Sabini sententiam esse arbitror. Pla-citi autem æquitatem ex eo sumptā puto, quod Vellealex indefinite scripta sic erat: Qui testa-mentum faciet, is omnem qui ei suus heres fu-turus erit, instituendi exheredádiue ius habeto. Cum enim OMNEM dixisset, generaliter & ex iam marito & ex nondum marito nasciturum cōplexa videbatur. Itaque disceptatio ex scrip-to & sententia legis nascebatur. Ex hoc autē Iurisconsultorum placito quæstiones natæ sunt innumerabiles, veluti de senibus, de spadoni-bus, de muliere quæ iam vxor esse non potest.

*Omnem masculum.* Sic correximus in lege Velleas QVI VIR ILLIS SAECVS, testamentum faciet &c. Nam propter mali ominis rationem, de mulierū postuiniſ nihil statuitur, quideniū? Scriberéne mulier: Si quis ex me cæso vtero meo nascatur, qui solus muliebris postumi ca-sus est. Hæc igitur, vt dixi, disputatio non attingitur: quasi abominabilis.

*Postumum.* Duntaxat, suum. Est autem postumus suus, qui si testamenti tempore na-tus fuisse, proximum lab eo in ipsius familia lo-cū obtinuerit. l. scripto, 7, D. si tabul. test. null. min. Alieni

Alieni autem postumi qui dicantur, & quam-obrem institui non potuerint, alio loco expli-catum est.

*Siue maritus.* Harum trium caussarum di-sceptationes meo iudicio ex Iuris & æquitatis contentione natæ sunt. Ius enim prohibere vi-debatur, ne tam incertum testatoris consilium admirteretur. præsertim in eo postumō, qui ex posteriore matrimonio fūsciperetur. constat enim testatorem de eo sensisse, qui ex præsenti matrimonio nasceretur. De eo verò, qui ex in-sequenti conciperetur, abominabile est dicere, quicquam illi in mentem venisse, quasi tum vel de vxoris morte, vel de diuortio cogitasset.

Contra æquitas, id est, fauor testatorum & institutionis pugnabat. plerunque autem præ-sertim in testamentis, vbi ius & æquitas inter se contendunt, æquitas præponderat.

*Heredem sribit.* Indefinitè: Si quis mihi in-

tra decem menses quam moriar, genitus erit.

non definitè: Ex Seia vxore. Tum enim finibus

certæ personæ circucripta institutio est. l. filius,

§. Si quis, infra eod. Quid igitur si simpliciter

dixerit. Ex mea vxore? Fauor, vt opinio mea

fert, & æquitas testamenti etiam huic momen-

to præponderabit.

I A V O L E N V S Libro primo ex Casio.

Ideoque qui postumum heredem instituit, si post  
min. n. testa-

*testamentum factū mutauit matrimonī: is institūtus videtur, qui ex posteriore matrimonio natus est.*

## COMMENTARIUS.

*Ex posteriore matrimonio.* Hoc, ut antè dixi, cōtra iuris summi rationem propter æquitatem & fauorem testamētorum benigna interpretatione inductum est. Itaque præclare quāri potest, quid de exheredatione iuris sit, quam toties diximus interpretatione nō adimeri. Sed potius oppugnari. nam si scriptum ita sit: Postumus heres esto: & plures nascantur, omnes instituti intelliguntur: l. qui filiabus, 17, §. 1, de leg. primo. arg. l. si quis ita, 16, de testam. tut. at per hanc scripturam: postumus exheres esto, si plures sint nullus exheres erit. vt l. 2, suprà, eod. Quid igitur si qui sic scriperat: Postumus exheres esto; postea vxorem aliam duxerit? Sanè nostri similem exheredationis & institutionis rationē esse existimant, propter d. l. 3, §. pen. vbi sic scribitur: Sed et si dixerit postumus exheres esto: natus vel post mortem vel viuo testatore, non rumpet. Verum videamus primum ne hoc contra Regulæ superioris de exheredationis odio, analogiam dicatur. Deinde ex his verbis nihil eiusmodi cōcipi posse.

LEX

VI.

VLPIANVS *Libro tertio ad Sabinum.*

Argum

## Argumentum.

Qui generare propter insanabile vitium non potest, is heredem facere postumum non potest. Atqui propter non desperatum, potest.

Sed est quæsumus, an is qui generare facile non possit, postumum heredem facere possit. Et scribit Cassius & Iauolenus posse. Nam & uxorem ducere, & adoptare potest. Spadonem quoque posse postumum heredem scribere, & Labeo & Cassius scribunt: quoniam nec ætas nec sterilitas ei rei impedimento est. Sed si castratus sit, Julianus Proculi opinionem fecutus, non putat postumum heredem possit instituere quo iure & timur. Hermaphroditus plane si in eo virilia præualebunt, postumum heredem instituere poterit.

## COMMENTARIUS.

Sed est quæsumus. Ex notis illis OMNEM Masculum, quinque partita hæc disputatio nata est: de hermaphroditis, senibus, hypospadiæis, spadonibus & castratis.

*Generare facile.* *innovadetur*, vt opinor, significat: cui (vt Galenus lib. de vsu part. xv. scribit) ob vinculum quod in extremo cole habet, meatus est distortus, qua de causa procreare liberos non potest. non quod fœcundum semen non habeat, sed quod in colis anfractibus adhaerescens, vibrari procul non possit.

*Facere posse.* Cùm enim postuum habitus non sit, (id quod de castrato quidem constat) quasi vitiosa & impossibilis hæc adiectio fit,

sit, non rite testamentum factum videtur: præsertim cum testamenta legitimis & sollempnibus obseruationibus constarent. Contrà Sabiniani, adiectionem hanc, quasi superuacanam, nihil nocere iudicarūt. si quidem (ut Paulus lib. Sent. 111. sribit) in testamentis superuacanea non nocent.

*Cassius & Iauolenus.* Significare videtur, propriam hanc Cassianorum sententiam fuisse, contrarium autem Proculianos sensisse. At mox infert, nihil inter illos de spadonibus controversiae fuisse. Antistium enim Labeonem cum dicit, principem Proculianæ sectæ dicit. Maleigitur de nobis meritum Tribonianum dicimus: deterius verò nosmetipso de nobis ipsis, qui in istis saxetis excolédis operam abutamur.

*Spadanem quoque.* Tria hoc loco impotentium genera perspicue constituunt <sup>inconcius</sup>, Spadones, & castratos. quos tamen omnes generali spadonum nomine contineri, traditur in l. Spadonum, 128, De verb. sig. Hypospadiæ coire possunt & verò sublato vitio generare. Spadones coire possunt: generare non possunt. Castrati verò neq; coire, neque generare possunt.

*Nam & uxorem.* Idem quoque de spadone traditur in l. si serua, 39, §. 1, D. de iur. dot. & l. 2, & de adopt.

*Ei Rei.* Postumi institutioni: quod idem de ætate & valetudine traditur in l. 9, infra eod.

*Proculi opinionem.* Sanè perspicue ostendit  
in con-

in cōtraria sententia Sabinianos fuisse, quasi adiectione superuacanea testamenta non vitiaretur. Eorumque sententiam testamentorum favor adiuuant. Proculianorum autem ratio hæc fuisse videtur, quasi in testamentariis actionibus nihil nisi sollempne, certum ordinarium & legitimum adhibendum esset. Castrati sanè neque vxores ducere, neque adoptare possunt, d. l. Si serua. & l. 2, De adopt.

*Hermaphroditus.* Quasi aperte significet, duci ab eo vxore posse.

**Lex IX.**

*P A V L Y S libro primo ad Sabinum.*

*Argumentum.*

Quem neque natura, neque honestas, sed virtus aliquod contingens postumum habere prohibet, is postumum tamen instituere, itaque prius testamentum rumpore potest.

Si quis postumos, quos per etatem aut valetudinem habere forte non potest, heredes instituit: superiorius testamentum rumpitur. quod natura magis in hominie generandi <sup>&</sup> consuetudo spectada est, quam temporale vitium, aut valetudo, propter quam abducatur homo à generandi facultate. Sed si ex ea qua alij nupta sit, postumum quis heredem instituerit: ipso iure non valet, quod turpis sit institutio.

**COMMENTARIUS.**

Si quis. Hanc Sabini sententiam esse arbitror, usque ad verbum Q U O D N A T U R A.

n. 3 Acta-

*A Etatem.* Annorum sexaginta; secundum  
legis Pappia Poppeæ auctoritatem. l. pen. C. de  
nupt. l. Si maior; G. de legit. heredit. De ætate  
autem non puto à Sabinianis Proculianos dif-  
fensisse. alii admodum nō illam, nam hanc illam

*Valetudinem.* Vtrum ægrotationem tantum  
significat, an verò etiam & naturæ vitium, & ca-  
suum, & artem. Et cum superius dictum sit, pro-  
culianorum de castratis contrariam sententiam  
fuisse, non obscure, ut opinor, hanc quoquè de  
iis Sabinianorum opinionē fuisse significatur.  
Demonstrat enim sexum potius spectari quam  
vitium. cuius rei perspicua est æquitas. Multos  
enim maritos esse constat, de quibus non dubi-  
tatur quin rectè postumos instituat: cum tamen  
arcano quodam naturæ vitio laboret, quo pro-  
creare liberos impediuntur. Quæ igitur in com-  
muni naturæ ordine posita sunt, iuris consulti  
spectant arcana autem, itemque accidentia, de-  
nique, ut rem in pauca conferam, coniugii my-  
steria non scrutantur. Sabinianorum sanè sen-  
tentiam testamentorum favor adiuuat. Caussæ  
constitutio hæc fuerit. Cum generandi impos-  
testamentum fecisset, postumumque sibi here-  
dem instituisset, eo mortuo legitimi heredes vi-  
tiosum esse testamentum dicebant. Intentio igi-  
tur scriptorum hæc fuit: Testamentum vitiatum  
illa adiectione, quippe superiacanea non est.  
D. Imo vitiatum est. Q. Vtrum sit, necne? R.  
Quia institutus heres est, qui in rerum natura  
neque

neque erat, neque esse potuit. F. At æquitas te-  
stamentorum postulat, vt naturam duntaxat &  
sexum spectemus: hominum autem imbecilli-  
tatem non scrutemur: nisi lacus circumscribi-  
mus, et rupes nrae, et cetera obiecta, et cetera

**Lex VII.**  
In primis testamento postulo, quod naturam  
vitri vitium, et cetera. **Argumentum.** Item, si de  
i. Præius testamentum per posterius, quod ipso iure nullum est,  
non rumpitur. **Ratio.** Ab initio circuitus res ipsa

*Si filius qui in potestate est præteritus sit, et vi-  
uo patre decedat: testamentum non valet, nec su-  
perius rumpitur: et eo iure viximus.*

**COMMENTARIVS.**

*Non valet.* Disceptatio ex ambiguitate scri-  
pti nata est: Vtrum suus præteritus dicatur, qui  
mortis patris fam. tempore suus erat: an qui te-  
stamenti. Et respondet præteritionem sui ex  
testamenti tempore astimandam: quoniam le-  
gis actiones ex præsentis temporis iure viræ suæ  
muntur ex incerto futuri temporis eventu pen-  
dent. §. i. De exhered. lib. l. Siquis, 16, in fin. D. de  
vulg. substit. Dubitandi caussam angebat, quod  
mortis tempore, quo præcipue testamenti ius æ-  
stimatur, nemo præteritus reperiebatur. Casus  
enim & euentus testamētum comprobarat: ne-  
que filio fam. villa ex eo iniuria nascebatur. Sed,  
ut dixi, testamenta ab initio vitiosæ ex post fa-  
cto non conualescunt. Obiicitur l. postumus,  
12, De iniust. testam. Vbi contrarium de postu-

mis

mis statuitur. Sed Vlpianus testatur, id non ex iuris ordinarii ratione, sed potius contra iuris summi normam atque ordinem ex duorum Cæsarum imperio constitutum fuisse. Neque longius vlla petenda solutio est, nam eadem & filii & postumi viuo patre agnati præteriorum ratio est. tametsi post patrem mortem agnatus tum demum rompar. l. 3. De iust. testam. Sed vt dixi, præter iuris ordinem id à Cæsaribus pro imperio constitutum est. Frustra etiam obiicitur l. filio, 17. eod. tit. Nam ibi quoque Papinianus aperte scribit, id se ex bono & a quo contra iuris summi rationem respondisse. Duplex autem ibi æquitas valebat: Testamenti conseruandi, & filii præteritionem comprobantis. At in lego nostra, testamenti posterioris fauor nullus est: quin potius primum testamentum adiuvandum esset. Filius porro ante testatorem decesserat: neque intestatus pater moriebatur. Supereft l. si duobus, 12, §. 1, De contr. tabul. Sed cum eo loco, tum etiam in l. hac consultissima, §. vltim. C. De testamen. exceptio ab hac nostra lege & regula proponitur. Cum in testamento posteriore & imperfecto, legitimi heredes instituti sunt, qua de caussa in d. l. si duobus, argumentum hoc notauiimus: Prius testamentum, per secundum imperfectum, quo præteritus est filius, si in hoc venientes ab intestato scripti sunt, filio remoto euerter solet.

Lex

Lex. V. III.

POMPONIVS. libro primo ad Sabinum.

*Argumentum.* Non si filius à primo exheredatus, à secundo præteritus ante primam repudiationem decedat, idcirco substitutus heres erit, quasi quia filius non extaret, idcirco eius non esset vitiosa præteritio, nam substitutio ab initio vitiosa, postea non conualescit.

*Si à primo herede instituto filium exheredauero, à secundo autem substituto non exheredauero:* dum pendet an prior aditus sit, filius decesserit: secundum sententiam qua vtimur, non erit secundus heres, quasi ab initio inutiliter institutus, cum ab eo filius exheredatus non sit. quod si in postumo filio idem acciderit, ut natus viuo patre, a quo exheredatus sit moriatur, eadem dicenda erunt de substituto: quoniam cum est natus filius, loco eius est qui superstes est.

## COMMENTARIVS.

*Si à primo.* Filio postumōte à secundo gradu præterito, quantum & à primo gradu exhereditati sint, & si mortuis primis deficiat, testamentum tamen intercidit.

*Dum pendet.* Dum institutus delibera.

*Secundum sententiam.* Quidam alii, Secundum Iuliani sententiam, quod mihi (vt paulo post dicimus) magis placet. Nam ad Sabinum disputata hæc sunt.

*Non erit secundus heres.* Latinæ linguae consuetudo sic postulabat, Secundus nō erit heres.

o Inutili-

*Inutiliter institutus.* Vnde duplex doctrina sumitur : Exheredatio ab omnibus gradibus in quib. hereditas versatur, facienda est. I. non putauit, 8, §. 1, D. de contr. tab. Item : Exheredatio ab initio vitiosa, per euētum insequens non conualescit. quoniam, vt s̄apē dictum est, legis actiones ex p̄senti tempore vires sumere, non ex incerto futuri temporis euentu pendere debent. Sed caussæ constitutionem videamus. Int̄̄tio proximi agnati : Substitutio rite facta non est. D. Imo rite facta est. Q. Recte an secus? R. Quia cūm eo tempore quo substitutio locū habuit, filius dici pr̄teritus non possit, quippe iam mortuus: ac propterea nulla ei iniuria facta sit: fauor testamenti postulat, vt mens testatoris potius quam iuris summi subtilitas spectetur: Denique satius est testamento, & certæ testatoris voluntati, quam iuris summi rationi seruire. F. At propter filiorum fam. rationem, summum ius obseruandum est, vt ab initio vitiosa substitutio propter euentum insequens non conualescat. Disceptatio ex iuris & æquitatis contentione nascitur. Paulus responderet pro iure summo, Secundum, inquit, Iuliani sententiam, qua vtimur: sic enim nonnullis in libris legitur: vt facile appareat, varias hac de re Iurisconsultorum sententias fuisse. & profecto ita est, vt aperte summū ius Paulus hac in caussa sequatur. Cūm contra æquitas & testamentum sustineri, & testatoris voluntatem sequi iuberet: quippe cūm

fatis

fatis cōster, testatorem maluisse substitutos suā hereditatem habere, quam agnatos. neque filiorum fauor hac in re locum habeat: cūm iam ante decesserit. Ab hac Pauli sententia facit illud Iurisconsultorum axioma : Exheredationes odiosas & quam maximè auersandas esse. I. cum quidem, infrā eod. cuius rei exemplum proxima superior lex suppeditat: item, I. Si postumus, 13, infrā eod.

*Natus viuo patre.* Viuo priore, sine dubio corrigendum est: vel(vt nōnulli alii ex antiquis libris corrigunt) Viuo primo. Nam si viuo patre natus & mortuus fuisset, Pomponius propter Adriani sui rescriptum aliter respondisset: ex I. postumus, 12, D. de iniust. testam. Pr̄terea dissimilis à superiore controversia hæc fuisset. In hanc autem sententiam Africānus quoque respondit in I. Si postumus, 14, infrā eod. Sed quæri potest quamobrem magis in hac caussa qua postumus deliberante instituto natus & mortuus est, ius sumnum obseruetur: quām in ea qua viuo patre natus & mortuus est? vt d. I. postumus. Ac meo iudicio hæc caussa est: quia in hac caussa postumus heres esse potuit: vt d. I. si postumus, 14, Nimirum si pr̄terminerintibus institutis superuixisset. At cūm ante patrem decessit, heres esse non potuit.

*Lado eius est.* Sequitur III. Enuntiatio: postumus à secundo gradu pr̄teritus & deliberante primo moriens, testamentum rumpit. d. I. Si postumus.

o 2 Lex

Lex. X. III.

*AFRICANVS libro quarto Questionum.*

*Si postumus à primo gradu exheredatus, à secundo præteritus sit: quamvis eo tempore nascatur, quo ad heredes primo gradu scriptos pertineat hereditas, secundum tamen gradum vitiari placet: ad hoc ut prætermittentibus institutis ipse heres existat, immo ita si defuncto eo heredes instituti omiserint hereditatem, non posse substitutos adire. Itaque ita si à primo gradu exheredatus, à secundo præteritus, à tertio exheredatus sit, ita viuentibus primis, ita deliberantibus decedat, quarti soler omittentibus primis aditionem, utrum ad eos qui tertio gradu scripti sint, an potius ad legitimos heredes pertineat hereditas. quod ita ipso casu rectius existimari putavit, ad legitimos eam pertinere. nam ita cum duobus heredibus institutis, ita in singulorum locum facta substitutione, à primis exheredatus postumus, à secundis præteritus fuerit: si alter ex institutis omiserit, quamvis postumus excludatur, non tamen magis substitutum admitti.*

*COMMENTARIUS.*

Caput hoc cum octavo propter argumenti similitudinem, coniungendum est. Ejus autem summa hæc est. Postumi præteritus à secundo gradu commissa, si modo ad eum gradum hereditas devoluuntur, totum testamentum, quamvis ipse primis deliberantibus decedat, euerit.

*Pert*

*Pertineat. Id est, defertur: vel, in corum gradum versatur: ut Vlpianus loquitur in non plus taut, 8, 8, à primo, D. conttabit in hereditate multo en Kildri Enuntiatione p. cistugius à secundo præteritus, & primo, à quo exheredatus fuerat, deliberaente, agnascens, secundum gradum viciat. Non enim dixit, R. M. P. T. cùm adhuc nullus esset. Vt in his, D. de iniust. test. Sed vi filii præteritio ante quam in testamento locum habeat, viri tiare illud dicitur: sic præteriti postumi agnati substitutione locum habiturā tantò ante vitiati.*

*Heres existat. Enuntiatum postumus à secundo tantum preteritis, priore repudiante, hereditatem auferre possit: sive mutuo, sive inquit, inquit.*

*In i. et si. Hec read cinque prima enuntiatione est nisi quod illis verbis amplificatur. Primo de libertante agnascens & mortuus: huq non vult.*

*Ad legitimos. Seq. iv: Postumus à primo & tertio exheredatus, à secundo præteritus, quamvis primis deliberantibus decedat, si que omittant, totum testamentum euerit. Disceptatio ex eodem quo superior fonte edidicimus: nimis enim ex iuris & aequitatis contentione. Nam aequitas à substitutis faciebat: primum propter testamētorū sustinēdorū fauorē: deinde propter certā testatoris voluntatē, aliquo cōstat substitutos agnatis præpositos suisse. præterea filii fauori nihil hic loci habebat; is enim decesserat. Qua de causa variè hac de re inter Iurisconsultos disputatum, verba hæc significat, Quæri solēt. Item,*

o 3 Rectius

Rectius existimari putauit Africanus tamen ius summum æquitati anteponit: ni mirum propter odium exheredationis, quæ semper ad summi iuris regulam exigitur: & tanquam ad viuum recessatur.

**Nam cum.** Argumentum est ex comparatione maioris: q.d. Si substitutus non admittitur, ubi tamen hereditate legitimo (nimirum postumo) locus non est: multo minus admittetur, ubi legitimo locus est. Nam Africanus hoc ius quasi pro certo & confessu sumit: in quo tamen magnam video controversiam versari. Nam Scæuola in lpen. infra de iniusti testi aperte contraria statuit, ruptum testamentum esse: neque iuri accrescendi locum fore nisi forte instituti inuenient substituti sint. Cum autem veteres iuris consultos non puduerit aperte dissentientes suas opiniones profici, nostri opinor, ut illorum existimationi consulant, atque etiam Triboniani auctoritati pareant, conciliationes queruntur. **Quid impudentius.** Accurtii interpretatione: Quamvis postumus excludatur: id est, non admittatur tanquam institutus: at tamquam legitimus. Nam ecquonam modo ut institutus adiret, qui & à primo exheredatus est, & à secundo præteritus? Nihilo probabilius est Dini interpretatio, quam tamen ab omnibus receperam video: ut excludi dicatur postumus per mortem: quasi item ut in superiore casu primis delibera tantib. deceaserit. **Quis enim locutus vñquam**

ita

ita est: Excludetur ab hereditate qui mortuus est? Nam excluduntur, opinor, non qui sepulti sunt, sed qui ingredi conabantur. Denique huiusmodi deliria hominibus Latinae linguae imperitis relinquenda sunt. Quid igitur dicemus? Africanus sene excludi postumum significat: nimirum pars instituti deficiet alteri coniuncto accrescat, quippe cum neque substitutione propter præteritionem valeat: neque propter unius ex institutis repudiationem, conualescat: & postumus ab hoc primo gradu exheredatus sit, in quo nunc hereditas versatur. At enim si sic postumus excludatur, adiuuari exheredatio videbitur. Sed cum de testatoris voluntate constet, ut inter coniuctos accrescendi ius sit, non interpretatione villa exheredatio adiuuatur: sed certa & explorata testatoris voluntas ac sententia conseruatur. Scæuolæ autem opinionem valde admiror: qui significare videtur, in alterius ex institutis deficientis locum, alterum ex substitutis vocari: sed tamen testamētū rumpi: cum satis constet & inter coniuctos accrescendi ius esse: neque substitutionem hanc vitiosam propter unius ex institutis defectionē conualescere. Africani ergo sententiam hæc enuntiatio comprehendet: Duobus institutis quorum singulis singuli substituti sunt, si postumus à substitutis tantum præteritus sit, uno ex primis omissente, pars eius alteri accrescit: id est neque postumus neque ullus ex substitutis admittetur.

Contro

Controversia igitur hæc inter postumum & institutum admittentem versata est: Nam cùm illeruptum testamentum dicere: Intentio huius hæc fuit: Præteritus dicit non potest: D. Intero præteritus sum: Q. An præteritus dicit possit: R. Quia cùm in deficientis instituti locum alter ex substitutis vocetur, patet hereditatem in secundo gradu versata, à quo exheredatus non sum: P. At substitutio ab initio vitiosa, propter euentum insequens, hoc est, propter unius ex institutis repudiationem non conualefecit: Disceptratio ex contrariè scriptis nata est, quorū alterum ab altero modificatur: Hereditas enim quæ versari in secundo gradu non potest, recte propter unius ex institutis admissionem in primo gradu consistit.

*In singulorum locum.* Primus & secundus heredes tunc: si primus non erit, tertius esto: Si secundus non erit, Quartus esto: Idem iuri's est, si uterque utriusque substitutus sit: veluti si uterque heres non erit, illi sunt: Scauola autem in d. l. pen. §. 1, putauit, nisi instituti inuicem substituti sint, repudiariis partem deficeret, atque ita ex ea parte intestati exitu patremfa. habuisse, quippe ab herede destitutum. Quod contra Africani sensit: quasi cùm substitutio vitio sa fuerit, pro non scripta ac pro nulla numeretur: Ob eamque causam ius accrescendi coniuncto fore, quasi substitutio ascripta non fuerit: *in *illi* vniuersitate p. clausum est.*

OMNIS

§. Quod

## §. Quod vulgo.

## Argumentum.

Filius à secundo præteritus, dum in primo vel exesse vel ex parte sit institutus, testamentum non viciat.

Quod vulgo dicitur, eum gradum à quo filius præteritus sit, non valere: non usquequaque verū esse ait: Nam si primo gradu heres institutus sit filius, non debere eum à substitutis exheredari: Ideoque si filio Titio heredibus institutis, Titio Maxiu'm substitutus sit, omittente Titio hereditatem, Maxium eam adire posse, quamvis filius secundo gradu exheredatus non sit.

## COMMENTARIUS.

*Eum gradum.* Enuntiatio I, Gradus à quo filius præteritus est, non valet. l. 3, suprà eod. Gradus autem is demum intelligitur, in quo hereditas versatur. Nam in quo deficit, nullus est. l. 5, infrà tit. prox. l. non putauit, 8, Con. tab.

*Usquequaque verum.* Modestius dixisset, Exceptionem hanc recipit: Nisi filio ius suum constet.

*Non debere.* Sequitur. II, Filius primo gradu institutis, substitutionem à qua præteritus est, non viciat. Cuius rei æquitas hæc est: Nam si filius viuit, hereditatem obtinet: ac proinde queri nihil potest. Sin mortuus est, non potest proximus agnatus dicere substitutione

p. tutio

tutionem ab initio vitiosam fuisse : ac propterea ob insequentem filii mortis euentum non conualuisse. Cùm enim filio suum ius primo loco redditum sit, vitii in substitutione nihil fuit. Tum enim vitium est, cùm iniuria filio facta est. Similima ratio est, cùm à primo præteritus filius, in secundo substitutus est. Cùm enim omnis substitutio, institutio sit, patet ius suum filio constare: ac propterea testamentum primo gradu oblitterato, ac pro nihilo habito, à secundo gradu exordium capturum. I. si filius, D. de hered. instit. l. ex facto, 43. §. Lucius, de vulg. & pupill.

*Mauium adire.* Seq. III, Substitution ei qui cum filio coniunctus est, quamuis omissa filii mentione, facta comprobatur. Disceptatio ex scripto & sententia nascitur. Scriptum (hoc est enuntiationem primam) filius urgebat. Sententiam substitutus: At regula hæc intelligitur, nisi filio ius suum constet, vel nisi filio nulla iniuria facta sit. Nam profecto ita est: Gradum à quo filius præteritus est, propterea vitiosum dici, quia filio iniuria facta est, & suum ius non redditum. Itaque valet hæc Enuntiatio, siue ipsi filio siue coheredi, siue ventrique facta sit. idque eo magis, quia dando testator coheredem filio, facit eum voluntarium. I. apud Iulianum, II. §. Iulianus, D. ad Trebell.

*Ex Lege. ix. §. Sed si ex ea.*

*Argu-*

*Argumentum.*

Postumus ex ea quæ vel alteri nupta est, vel duci vxor non potest, non rectè institutus. at ex sorore adoptiuā rectè institui potest.

*Sed si ex ea quæ alij nupta sit postumum quis heredem instituerit, ipso iure non valet: quod turpis sit institutio.*

*§. pen.*

*Sed si ex ea quam nefas sit ducere, postumum heredem instituero, non putat rumpi testamentum Pomponius. Sed si per adoptionem sororem factam habeam, potero postumum ex ea heredem instituere: quia adoptione soluta possum eam ducere uxorem.*

*COMMENTARIUS.*

*Ipso iure non valet.* Enunt. I, Postumi ex ea quæ alteri nupta est, turpis est institutio. Hæc enim formula, Si quis mihi ex illa post meam mortem nascatur, conditionem in alieni matrimonii solutionem confert, quæ mali omnis & detestanda est. At ex vidua postumum instituere filium ius est. I. postumum, 27, infrà eod. Aliud ergo est, Turpis institutio: aliud Institutio sub turpi conditione facta. Nam illa nihil nocet, & pro non scripta numeratur.

*Nefas sit.* Seq. II, Postumus ex ea quam ne-

p 2 fas

fas sit ducere, non recte instituitur. Quod enim ait **NON RVMPI**, ad superiorem Sabini sententiam referendum est: ut sit, Prius testamentum per posterius in quo talis postumus institutus sit, non rumpi. Sed aliud est nefas esse, aliud non licere, Nam ex ea quam non licet, sed spes est fore ut liceat, recte concipitur institutio. I. filius, 28, §. pen. D. de lib. & postum.

*Per adoptionem sororem.* Seq. III, postumum ex sorore adoptiva institui heredē ius est quippe cum adoptione soluta cognatio illa omnis intercidat. §. 4, De nupt.l. per adoptionem, 17, De ritu nupt. Quod autem Iustinianus in §. Tutor, 26, De legat. scribit, postumum alienum institui posse, nisi in vtero eius sit, quæ iure nostro vxor esse nō potest: quæri potest, an ad Vestalis & ascetriæ postumum referri possit: quoniam postumum ex sorore nihil, hoc quidem iure, prohibeat instituere. Sed videamus ne verba hæc, Q. VI IN VTERO SIT, in vestali de testanda sint. Qua de re in Institut. Commentariis planius explicabimus.

### §. *Sifilium. Lex IX.*

### *Argumentum.*

Nepos filio ex heredato præteritus quamuis ante aditionem filius decedat, non rumpit, nisi iam tum apud hostes captus filius, ibidem postea deceperit. At si institutus repudiarit, legitimus heres nepos existet.

Si

*Si filiū exhiberet dauerō, nepotēmque ex eo præteriērō, & alium heredem instituerō, & superuixerit filius post mortem meam, licet ante aditam hereditatēm deceſſerit, non tamen nepotēm rupturūm testamentū, Julianus & Pomponius & Marcellus aiunt. Diuersūmque est si in hostiū potestate filius sit, & deceſſerit in eodem statu. Rumpit enim his casib⁹ nepos testamentum, quod moriente aucto filij ius pependerit, non abſcissum, ut superiore casu fuerit. Sed et si heres institutus omiserit hereditatēm, erit legitimus heres, quoniam hæc verba, Si intestato moritur ad id tempus referuntur, quo testamentum deſtituitur, non quo moritur, & non pro*

# COMMENTARIUS.

**Nepotem præterito.** Nepos viuo filio superstes, non propriè præteriri dicitur. Näm præteriti verbum in eos demum qui sui sunt, conuenit. Etsi autem exheredatio suitatem extinguat, tamen non nisi postaditam hereditatem valet exheredatio. l. filium, 20, D. cont. tab. Cum tamē hoc casu filii exheredatio exitum habeat, idcirco præteritionis verbum in nepotis persona admittitur. Rumpere porro dicitur nepos, quia successio eius in filii Suitatem quasi agnatio est. Quod autem de superstite nepote Paulus hoc loco disputat, idem ab Vlpiano tractatur de postumo in lege Si quis, 6, infra titulo proximo,

*Superuixerit.* Nam si ante testatorem esset mortuus, nepos succedens sine controuersia rumperet.

*Non rupturum.* Enunt. i, Exheredato filio nepos præteritus, quamvis filius ante aditionem decebat, non rumpet. l. Siquis, 6, infra titulo proximo, & l. Scripto, 7, D. vnde lib. Disceptatio ex scripto & sententia nascitur. Scriptum est, Sui heredis præteritio testamentum infirmat. Sententiam autem scriptus heres vrgebat: At sius non dicitur nisi qui mortis tempore primum in familia gradum obtinet. d. l. Scripto. Secundum hanc sententiam Paulus scribit Iulianum Pomponium & Marcellum respondisse, quibus verbis non obscurè significat, alios nonnullos in contraria sententia fuisse: opinor, propter odium præteritionis & liberorum fauorem. Nam hunc nepotem obliuione præteritum disputabant: ac propterea æquius esse, eum auitam hereditatem quam extraneum habere. Itaque horum sententiam Iustinianus secutus, & aliorum nimiam argutiam improbans in l. Siquis filium, 34, C. de inoff. test. Inofficiosi querelam hoc casu nepoti defert. Eò accedit, quod si intestati exitum auus faciat, à scripto videlicet herede destitutus, tum huic nepoti sui heredis nomen conceditur: ut posterius dicemus. Quare cum Suitas ex subsequenti eventu aut aditionis aut repudiacionis non pendeat, tam hoc casu, quam illo altero suus

ro suus hic nepos esse videbatur. Paulus autem eam rationem secutus est, quam Vlpianus in d. l. 6, profert. Cùm nec exheredari inquit, huiusmodi nepos deberet ab auo, quem pater præcedebat, ac proinde sibi iniuriam factam queri non potest. Papinianus autem in l. Scripto, 7, D. vnde lib. subtilissime disputat, inter causam testati & causam intestati. Nam in causa testati, hoc est, in hac ipsa, cùm heres scriptus adiit filium obstatum nepoti, ne suus heres dici possit. At si intestati exitum Auus haberit, à scripto scilicet herede destitutus, tum filium nepotis. Suitatem non impediturum. Quod sane per subtiliter disputatur, non quo rerum naturam argutiis nostris superemus: sed quia quum dubium non sit, quin nepos heres sit, nullo iure nisi Sui heres esse possit. Quod si veritatem subtilius inspicere velimus, necessario certè dicendum esset, Nepotis Suitatem propter filii superstitis rationem tantisper sospitam fuisse: Ut si scriptus adeat, plane extinguitur: si repudiet, tum vero quasi rediuita excitetur.

*Rumpit enim.* Seq. ii, Nepos filio qui apud hostes est exheredato, præteritus, si filius ibi decebat, rumpit. d. l. 6, §. secundo, In hac enim quæstione eosdem quos in superiori terminos retineri arbitror: nimirum, ut filius captiuus exheredatus sit. ex l. illa institutio, §. primo, De hered. instit. Alioqui nihil

nihil prope dubitationis res haberet. Huius autem æquitas sententia ex in sequenti Enuntiatione constabit. *Filij ius peperderit* Enunt. 111, Exhereditatio sui ius extinguit: at captiuitas suspensum relinquit. I. prima, §. penultimo, D. de suis & legit. I. filium, 20, §. Videamus in fin. D. cont. tab. I. illa institutio, 32, §. primo. De hered. instit. Suspensum autem captiuitas relinquit, propter postliminii fictionem: de qua in §. 4, *Quibus mod. ius patr. potest*, Dixi autem *S VI. i v s* in pristina sententia mea permanens, ut pro *FILII i v s*, legamus *S VI. i v s*. hac de causa, quia non de filii sed de nepotis Suitate hic agitur. *Quod vel ex his verbis potest intelligi: NO N A B S C I S S V M , V T S V P E R I O R E I L C A S M F V E R I T.* Nam hoc quoque casu filii ius per exhereditationem abscissum est? Communis autem error ex eo natus est, quia non animaduertebatur captiuum hunc filium, æquè ut superiore exhereditatum fuisset: quod nisi ponamus, causam, ut ante dixi, dubitandi omnem subducemus. Mirabiliter etiam subtilitas hoc loco notanda est: quam in I. Gallus. §. Si eius, & §. videndum, notauimus. nimilrum neque veritatem neque legis Corneliaz fictionem usque quaque accipi: fed utrunque ex parte duntaxat. Nam si fictionem in totum acciperemus, qua filius ipso captiuitatis momento decessisse singitur,

Nepotem

Nepotem iam tum ab eo tempore, ante testamento suum heredem fuisse diceremus: ac proinde non rumpere, sed scriptis heredibus accrescere. Nunc eum Suitatem adeptum fingimus duntaxat post testatoris mortem: cùm filio per mortem de Suitate remoto, in eius locum successit. Nepotis ergo Suitas superiore casu propter filii exhereditationem abscissa fuerat. Nam exhereditatio filii, si exitum habeat, nepotis quoque exhereditationem secum affert. At hoc casu non abscissa, sed suspensa erat, quia si filius redeat, Nepos non dicetur mortis testatoris tempore suus fuisse. si ibi decedat, dicetur. Subtilissime ergo differentia notatur, inter exhereditationem filii qui in potestate est, & eius qui apud hostes est. Nam illa nepotis Suitatem statim abscindit. Hæc verò suspensam relinquit, quia si ibi filius decedat, pro nulla numeratur, quasi iam mortuus exheredatus fuisset.

*Omisserit.* Enunt. 111, Nepos exhereditato filio præteritus, si institutus repudiet, legitimus heres erit. I. Scripto, 7, D. vnde lib. vbi Papinianus causam hanc explicat.

*Hac verba.* Legis xii, tab. Si intestato moritur cui sius nec extabit heres, agnatus proximus familiam habeto. Dubitandi causam Papinianus hanc affert, quia proximum gradum nunquam tenuit. Diluit autem, quia cùm illum heredem esse constet, nullo alio iure quam

re quām hoc vnicō Suitatis heres esse poterit. Simul caussam hanc adiicit, quia tamē filius gradu processit, tamen successione non præuenit. Nunquam enim tempus extitit, cū ei hereditas defferretur, & in eius persona versaretur. Pauli autem quæ hoc loco traditur. ratio, subobscura est. cui nanque dubium unquam esse potuit, quin verbum illud legis. INTESTATO, non ad mortis tempus referatur, cū siue postumi agnatione testamentum rumpatur, siue propter scripti repudiationem irritu fiat, ac destituatur, semper intestato mortuus paterfam dicatur. Itaque obtusa hæc disputatio videretur. Quare videamus ne Paulus legis verba, vtpote in vulgus nota, præcisè protulerit, adiecta nota illa visitata, &c. vt non principium illud capitii significet, sed proxima potius verba: Cui syus nec extabit heres, quasi sententia hæc sit: Cū lex iubet intestato patrefamilias mortuo eum qui suū ei heres extat, familiā habere: non restrictè ac præfinitè de eo demum statuit, qui mortis tempore suū heres extat, sed etiam de eo qui per id quidem tempus abditus, aliquantò post existet ac patefiet. quod idem de Agnato proximo Julianus tradit in l. I, D. vnde legit. Vbi ait edicti verba his legis verbis consimilia ~~supersignis~~ accipienda esse: id est, non pressè & angustè, sed laxè &, vt ita loquar, extensiè. quippe cū, etsi filius mortis tempore gradu

gradu prior esset, tamen ei priore loco delata hereditas non fuerit. ad hanc sententiam ad hanc sententiam ad hanc sententiam

## Lex X.

*POMPONIVS libroprimo ad Sabinum, cap. viii, ob. 41. De patre id. I. apud me. reformatio-  
ne vñobis est. Argumentum.*

Postumus eo casu natus quo præteritus reperitur, testamen-  
tum rumpit.

*Commodissime is, qui nondum natus est, ita be-  
res instituitur. Siue viuo me, siue mortuo natus  
fuerit, heres esto: aut etiam pure neutrius temporis  
habitacione. si alteruter casus omissus fuerit,  
eo casu qui omissus sit natus, rumpit testamentum:  
quia hic filius nec sub conditione quidem scriptus  
heres intelligitur, qui in hunc casum nascitur, qui  
non est testamento adprehensus.*

*Siue viuo. Enuntiari. Nondum natus re-*

*gitè sic instituitur, si me viuo mortuorum na-  
scatur. I. Si ita scriptum, 43, De hered. institu. Nam*

*lege vellea ut nondum natos institui exhereda-*

*tūre liceret, sanctum est. si omissum est, 44,*

*aut etiam pure. Seq. III, Nondum na-*

scitur

tus, sine temporis agnascendi mentione, recte instituitur. Cum enim infinitè testator locutus sit, infinitè quoque institutio accipienda est: siue viuo, siue mortuo testatore agnatio contingat.

*Rumpit testamentum.* Seq. 111, Agnatio eo tempore quod omissum est contingens, testamentum rumpit. I. Si pater, 26, D. de vulg. & popill. Disceptatio nascitur ex contrariè scriptis. Nam pro testamento pugnat vulgata sententia: Liberorum institutioni menti testatoris, & testamento fauendum esse. Erat filius institutus: de mente & voluntate testatoris constabat, cui quo ad fieri potest, subseruiendum est: testamentorum autem magnus fauor est. Eò accedebat superior proxima Enuntiatio. Nam si pura conceptione valuisse, non videbatur adiectio superuacanea nocere. Contra testamentum tamen pugnabat odium præteritionis. Quoniam ex contrariorum disciplina constabat, filium eo casu qui natus est, præteritum fuisse. Illud autem Iurisconsultorum sollempne est, vt propter odium præteritionis testamenta quoad facultas ferat, oppugnent. Hoc tamen Iustinianus pro imperio correxit, in l. vltima, C. eodem, & quemadmodum D. Marcus statuerat, vt substitutio in alterum casum facta, in utrumque valeret; l. 4, infra de vulg. substit.

sic decre-

sic decreuit, vt institutio postumi in alterum casum concepta, in utrumque valeat. Quæ verò conciliations à nostris proferuntur, plane nugatoriæ sunt: ac presertim ea quæ cæteris probabilior videtur: quasi verba hæc, IN TRADECEM MENSES, non ad moriendi momentum, sed ad testamenti faciendi tempus referenda sint. Quo quid obtusius dici potest? quasi verò decem mensium mentio non translatitia esset, & in postumorū institutionibus sollemnis: propter caput legis xii tab. quo cautum est, vt decimo mense natus legitimus habeatur. Præterea si testator ita sensisset, ecquānam in re perspicua tantæ dubitandi caussa fuisset, vt propterea iurgium inter prudentes exoriretur? nam hoc verbo Iustinianus vitrur.

*Nec sub conditione.* Obscurus locus. Nam sententia postulare videbatur, vt ne pure quidem institutus videretur. quasi scilicet dubitari posset, an superuacanea adiectio pro non scripta habenda esset. Dubitandi enim an filius hic sub conditione institutus sit, caussa, sanis quidem hominibus nulla est. Quare vindendum utrum hoc significet, quod traditur in l. Sub conditione, 20; infra. eodem & eo loco plausus intelligitur: an fortasse legendum sit, N.E.C. N.O.N S.V.B. CONDITIONE, pro eo quod dixit, P V R E.

*In hunc casum nascitur.* Similis ferè locutionis

q. 3 acer

acerbitas: pro, In hunc casum institutus nascitur.

## Lex XI.

*Paulus libro secundo ad Sabinum.*

*Argumentum.*

Filius familias ideo sius dicitur, quia patri succedens non nouum dominium acquirere, sed illud ipsum quod in vita patris habuit, continuare videtur, & liberiorem eorum bonorum administrationem consequi.

*In suis heredibus evidentius apparent continuationē dominij eō rem perducere, vt nulla videatur hereditas fuisse, quasi olim hi domini essent, qui etiam viuo patre quodammodo domini existimantur. Unde etiam filius familias appellatur, sicut pater familias: sola nota hac adiecta, per quam distinguitur genitor ab eo qui genitus sit, itaque post mortem patris non hereditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur. Hac ex causa licet non sint heredes instituti, domini sunt nec obstat quod licet eos excedere, quos tamen occidere licebat.*

## COMMENTARIUS.

*Continuationem.* Enunt. i, In suis heredibus continuari potuis quam acquireti dominium videtur. §. Sin autem, De hered. qualitat. Pater autem ex l. liberorum, De verb. signif. locutionem hanc non à Iurisconsultis excusatam

gitatam, sed in lege xii tab. usurpatam fuisse, vt sui dicantur, quasi qui suarum potius quam alienarum rerum dominium atque hereditatem obtineant. Fuit enim consuetudinis antiquae, vt patres facti suis filiis aliquod pecundum capita, post etiam certos agros fruendos attribuerent, in quibus suam industriam exercerent. Vnde Peculii profecti nomen ducentum. Eoque pertinet illud Ciceronis Verrina, iii, Quibuscum viui bona nostra partimur. Et apud Terentium: Donec saluus redierit meus particeps. Sed quæri video hoc loco: an vt dominium, sic etiam possessio in suis heredibus continuetur. cum in extraneis quidem non continuari satis constet: ex l. Pomponius, 13. §. quæsitum, & l. cum heredes, 23, D. de acquir. poss. quippe cum hereditas id tantum quod ipsius est transferat. possessio autem hereditatis non est. l. i. §. Scæuola, D. Si is qui test. lib. eff. iuss. Nostris proferre solent l. 2, §. i, D. pro hered. sed recte ab aliis demonstratum est, nihil eam legem ad hanc quæstionem pertinere. cum ibi de donatione patris in filium agatur: quæ iure ciuili nulla erat. l. 2, pro donat. Puto autem commodius hinc sumi argumentum posse: primò quod sui non adire, sed retinere dicantur. l. Si patronus, 12, §. ultimo de bon. libert. Nam si retinent & aditione opus non est, vt iis ex locis intelligitur, relinquuntur, vt iam antea possessionem habuissent vi-

dean

deantur. Præterea quos agros fruendos iam habebant, qua de causa Participes dicebantur, an non eorum possessionem obtinebant? Deinde cur diceretur in l.2. C. pro hered. suis heredibus existéibus nihil pro herede posse vñ capi, nisi quia sui possessionem obtinent? Atq; hoc nimirum illud est, quod Paulus infert filios post mortem patris nō hereditatem percipere videri, sed liberiorem bonoru administrationē consequi.

*Filius familias.* Enuntiatio ii, Filiufa. nota est non ad dominium, sed ad gentis distinguendū instituta. Quod sic intelligendum est: quia cùm familiae nomine hereditas significetur, tam est illud verbum filii, quām patris commune. At genitoris à genito distinguendi caussa, vox, Pater, aut Filius præponitur. Sed hæc ita accipienda sunt, cùm quidem & pater & filius superstites sunt. alioqui paterfamilias appellatur, qui in domo dominium habet, quamvis non modo filium non habeat, verum etiam impubes sit. l. pronontiatio, 195, De verb. sig. l. 4, D. de iis qui sunt sui vel alie.

*Magis liberam.* Seq. iii, Sui heredes non hereditatem, sed liberiorem administratiōnem consequi videntur. vt prope eadem filia. post patris mortem, quæ pupilli post tutoris potestatem sublatam ratio esse videatur. scilicet in rebus suis possidendis: quæ sententia superiorem illam disputationem magnopere confirmat.

*Licet*

*Licet non sint.* Seq. iiii, Filiifamilias etiam non instituti, tamen heredes sunt. quippe qui non ex testamento, sed à lege heredes designati sint. Itaque etiamsi scripti heredes sint, tamen non tam à patre, quām à lege nomen illud obtinent. Qualitatem igitur à lege, à patre autem quantitatem obtinent.

*Nec obstat.* Ex repugnantibus, hoc modo: Non & lex illos heredes fecit, & pater, qui priuatus homo est, arbitratu suo illis hereditatem auferre potest. Sed Pauli responsio non satis huic obiectioni facere videtur. Caput enim est in xii tabulis, vt patres in filios ius vitæ ac necis habeant: at nullum caput est, quo exheredandi ius diserte permittatur. Nam si proferatur lex, V T I Q V I S Q V E suæ rei, &c. rectè subiicitur, ei legi inofficiosi querelam obrogare, Vera igitur responsio hæc erit: moribus receptâ fuisse querelam, atque inde natum ius, de quo Paulus scribit in l. vlt. D. de bon. damnat. vt exheredari liberi nisi iustis de caussis possint.

## Lex XII.

### V L P I A N V S libro nono ad Sabinum.

#### Argumentum.

Præteritus filius quamvis ventre cæso, modò anima spirituque prædictus natus sit, testamentum rumpit.

*Quod dicitur, filium natum rumpere testamentum: natum accipe et si ex secto ventre editus fit.*

*Nam*

Nam & hic rumpit testamentum, scilicet si nascatur in potestate. Quid tamen si non integrum animal editum sit, Cum spiritu tamen? An adhuc testamentum rumpat? Et hoc tamen rumpit.

## COMMENTARIVS.

*Quod dicitur.* His verbis Regula iuris significatur. est autem huiusmodi: Agnatione sui heredis præteriti, testamentū rumpi. quam vt notam & perulgatam Cicero in ea pro Cæcina & in primo de Orat. commemorat.

*Ex seculo ventre.* Enunt. i. Qui cæso ventre editus est, pro nato numeratur. l. postumus, 6, D. de inoff. test. l. i. §. Si qua prægnans, Vnde cogn. Disceptatio ex verbi NATVS definitione & ambiguitate ducitur. Vtrum is deum natus dicatur, qui naturæ ordine & ritu editus est: quod coniugatorum ratio postulare videbatur: an vero etiam is qui quoquo modo in lucem & vitam editus est. Itaque Vlpianus in l. Si ego, ii, §. 3, D. de public. Natum aperte ab extracto distinguit. Idem est, inquit, si non natus, sed post mortem matris exsectoro ventre eius extractus est. Sed cum hunc nihilo minus filium esse constet, Iurisconsulti autem filios contra testamentorum iniuriam adiuuent: mirandum non est, si pro nato numeretur. Hos autem Cæsones antiqui nominabant, quorum è numero Scipionem illum Africa-

num

num fuisse, Plinius auctor est. Non dissimilis autem disputatio quandam fuit propter legem Papiam, quæ orbis semissem hereditatis auferebat: matribus integrum relinquebat. Nam Paulus in l. anniculus, 132, De verb. sig. Falsum est, inquit, eam peperisse, cui mortuæ filius exsectorus est. Vlpianus autem in l. etiam ea, 141, eod. tit. Etiam ea mulier, inquit, cum moreretur creditur filium habere, quæ exciso vtero edere possit. Nostri autem, vt pugnantia hæc componant, dicunt eam mulierem filium quidem habere, sed non peperisse. quo quid ineptius singi potest? Denique quæstionis erat, vtrum orba hæc dicenda esset, an mater. Nec nouum est Paulum ab Vlpiano dissentire. Vlpiani autem sententiam æquissimam & certissimam esse arbitrarer: neque affirmare audeo, Paulum in contraria sententia fuisse: Tantum dico, superiora illa ytriusque pronontiata mihi plane contraria & pugnancia videri.

*Si nascatur in potestate.* His verbis significatur contrarium ius in casu contrario statui. sicuti supra ad l. commodissime, dictum est. Nunc quæro casum quo filius in patris potestate non nascatur. Nam quod vulgo verba hæc sic interpretantur, quasi moneremur de suo postumo hic agi, non de alieno, vt in l. i. §. 2, D. de vent. insp.

r 2 perob

perobscurum mihi videtur. cùm Vlpianus & nominatum filium appellant: neque de ius testamento accipi locus possit: & disputatio hæc etiam ad eum qui viuo testatore nascitur, cōmodissimè referri possit. Quid quod his verbis vel ipsi postumi excluduntur? quippe qui in potestate non nascantur. l. vlt. D. de assig. libert. Ne multis morer, cùm huius disputationis ratio postulare videtur, tum etiam insequens proxima clausula non obscure significat, additum hoc loco verbum aliquod fuisse: de partus istius vita: vt intelligatur, non mortuum, sed viuum & animatum extractum fuisse. idque omnino in hac disputatione necessarium est. quasi dictum sit, Rumpere testamentum, scilicet, siquidem viuus & animans edictus sit. Quare cùm Lucretium videam Animæ potestate in pro vita sæpe usurpasse, considerari poterit, ecquid scriptum ita fuerit: Si NASCATVR IN ANIME POTESTATE. vt propter vulgatam notum & compendium scripturæ, ANIÆ, vox illa effluxerit. Lucret. lib. 3, Quod Genus in nostris membris & corporæ toto Mixta latens animi vis est, animæq; potestas. Itē. Conquascatur enim tum mēns animæq; potestas. Item postquam, Distracta est animi natura, animæq; potestas. Item. Deniq; corporis atq; animæ viuata potestas, Inter se cōiuncta valent vitæq; fruantur. Cōsentientissimè autem

autem congruit, quod statim infertur, Quid si non integrum animal, &c.

*Adhuc testamentum.* Enunt. 11, Agnatio filii præteriti, quamuis non integer edatur, rumpit. l. 3, C. de postum. vbi Iustinianus testatur disputatum inter Sabinianos & Cassianos de eo qui ~~est~~ editus, statim mortuus fuerat. Quæ dilectio ex summi Iuris & æquitatis contentione nascebatur. Cassianum æquitatem vrgebant: quasi iniquum esset propter momentaneam editi semimortui vitam & testamentum & certam testatoris voluntatem oppugnari: præsertim cùm cui iniuria dici facta posset, nemo extaret. Contrà verò constaret, Testatorem ut legitimos remoueret, testamentum scripsisse. Sabiniani autem propter præteritionis odium iuris summi subtilitatem spectare maluerunt. Non integrum igitur animal intelligamus, aut ~~est~~, de quo Iustinianus testatur: aut mutilum membris: vt cæcum, aut luscum, aut mancum. Monstra autem & portenta pro legitimis partibus, cùm de rumpendis testamentis agitur, non numeramus. At si de matre adiuanda ageretur, contra confiscationum odium, admitterentur. l. quæret aliquis, De verb. sig. l. non sunt liberi, de statu hom.

Lex X III.

IVLIANVS libro vigesimo nono Digestorum.

r 3 Arg.

## Argumentum.

Vxor heres cum filio vel cum filia, si alteruter nasceretur ex parte instituta, si ambo nascantur, portionibus secundum voluntatis coniecturam renouatis admittetur.

*Si ita scriptum sit, Si filius mihi natus fuerit ex besse heres esto: ex reliqua parte vxor mea heres esto: Si vero filia mihi nata fuerit, ex triente heres esto: ex reliqua parte vxor heres esto: & filius & filia nati essent, dicendum est, a summa distribuendum esse in septem partes, ut ex his filius quatuor, uxor duas, filia unam partem habeat. Ita enim secundum voluntatem testantis filius altero tanto amplius habebit, quam uxori: item uxori altero tanto amplius quam filia. licet enim subtili iuris regula conueniebat, ruptum fieri testamentum, at tamen quoniam ex utroque nato testator voluerit uxorem aliquid habere, ideo ad huiusmodi sententiam humanitate suggeste decursum est. Quod etiam Inuentio Celsus apertissime placuit.*

## COMMENTARIVS.

*Subtili iuris regulæ.* Enunt. i. Summo iure neque postumi institutione, postuma; neque huius, ille continetur. l. 1, §. 2, D. de vent. in pocciss. vbi Vlpianus ait, postumi ex heredatione postumam non contineri. Vnius igitur aut institutione aut ex heredatione alter præteritus censetur. Atque hoc illud est, quod ait, Subtili iuris rationi conuenisse, ruptum fieri

fieri testamentum. Nam etsi in l. vtrum, 7, D. de reb. dub. vnius postumi institutione plures agnati complexi esse intelligantur, id tamen vel de muliebris sexus postumis non dicitur: vel, ut hoc loco ex æqui & boni ratione, non ex summo iure dicitur.

*Quoniam testator voluerit.* Coniectura ergo voluntatis est. Cum enim testator non de alterutro duntaxat, sed de utroque casu cauerit, quamvis non coniunctim, sed disiunctim, & separatim id fecerit, tamen quæ verbis separata sunt, mente & sententia coniuncta intelliguntur, quasi non distinctione testator usus esset: SIN AVTEM: SI VERO, & similibus: sed coniunctione, Siue filius, siue filia nascatur. quo in casu etiam summo iure coniunctio facta intelligitur. l. si ita facta, 14, De iniust. test.

*Ex utroque nato.* Fortasse scriptum fuit, UTROCUNQUE. Sed tamen haec scriptura commodissime quadrabit: quia verissimum est testatorem in utrunque casum cauisse. Tametsi enim verbis ambos casus non coniunxerit, retamen & sententia, non de alterutro duntaxat, sed de ambobus locutus est.

*Humanitate suggestente.* Quo ex verbo intelligitur, disceptationem ex iuris & æquitatis contentione natam esse. AEquitatem autem ex coniectura voluntatis sumi, quia constabat testatorem utruncunque casu vxori siue cauisse.

Falsum

Falsum arbitror quòd quidam putant, Humanitatis rationem ex mulieris istius persona sumi: in qua duæ qualitates sunt benevolentia dignissimæ: quòd & vxor & geminorum mater sit. Primum quia etsi alienissima coheredis persona fuisset, tamen idem Julianus respondisset. Non enim personarum qualitatem in extraneis (qualem vxorem esse constat) sed testatoris mentem & voluntatem inspicimus. AEQUITATIS ergo siue humanitatis ratio hic dicitur: ut cùm de testatoris voluntate constet, quamuis minus elocutus sit, tamen eius verba ex mentis coniectura benigna interpretatione adiuuentur. Deinde quia si verum esset ita propter personam mulieris responderi, sequeretur, illa repudiente testamentum intercidere. Quod esset absurdissimum. Pars enim respondentis filio & filiæ peræqua proportione accresceret. Obiicitur l. Item quod 17,§. sed si, D. de hered. instit. vbi qui asse in alios distributo sic instituitur, Ex RELIQVA parte ex parte nulla institutus intelligitur. Cùm igitur filio & filia agnatus totus as impletus intelligatur, vxor quæ ex reliqua parte instituta est, ex nulla parte instituta videtur. Sed longè dissimiles caussæ sunt. Nam illic testator assem explerat: hic non explerat. Et quamvis casus impleteat, tamen Testatoris mens & voluntas spectatur, qui de asse in liberis implendo nō cogitauit. Deinde verba hæc, Ex RELIQVA parte

parte: non ex literis & syllabis, intelligenda sunt, sed ita accipienda quasi dixisset, vt in l. Clemens, 8, D. de hered. instit. filio duas partes, filiæ tertiam. Multo inoptius obiicitur l. in conditionibus, 19, §. vlt. D. de cōd. & demonst. Nam hic in utrumque euentum testator vxori cauerat: quasi dixisset: siue filius siue filia heres erit, vxor coheres esto: illic ligatorium in alterutru casum apertissimè remouerat. Coheredem enim sub hac demum conditione admiserat, si modo uterque heres non esset. Nihilo magis nos moueat, quod quidam disputant, Juliani proportionem contrariam esse, proportionam testatore factæ, quasi testator filium fecisset duplex filię, hanc illi subduplam: Julianus autem filiam faceret filio subquadruplam. Neque enim verum est, testatorem fecisse filiam fratri subduplam: tametsi huic bessem, illi triente attruerit, sed partem tertiam intermedia vxori attribuit: quam filio subduplam esse voluit, filiæ vero duplam. vt illæ duæ bessis & trientis partes non inuicem, sed potius ad illam tertiam partem referentur: hoc est, vt filii pars, bess est respectu vxoris: filiæ pars eiusdem vxoris respectu est triens. Vnde perspicuum est, non Julianum, sed Testatorem ipsum fecisse filiam fratri subquadruplam: Julianum autem ipsius testatoris mentem & voluntatem interpretatum esse. non enim indefinitam testator vxoris partem reliquit. Ali quanto plus aduersari videbitur, l. si

f ita

ita scriptum, 47, D. de hered. inst. vbi testator filia herede indefinitis partibus instituta subiunxit; Si filius nascatur, ex dodrante; si filia, ex quadrante heres esto. nam cum ambo nati fuissent, duos asse Africanus fecit; & filiae vnum, postumis alterum attribuit. tum deinde rem ad geometricam proportionem reuocans, hereditatem in octo partes distribuit, quarum quatuor filiae, postumo tres, filiae vnam adiudicauit. Quare dubitari posset, quid ita Iulianus non etiam hoc casu duos asse fecerit: cum vias integer in ambobus postumis consumptus sit, verum intelligendum est, in illa caussa testatorem apertissime duos asse fecisse: cum enim filiam indefinitis partibus instituisset, eam ex asse uniuerso instituisse intelligebatur. alterum autem descriptis partibus postumis attribuerat. At in caussa nostra duo asse neque à testatore facti sunt, neque ex illius mente & sententia fieri possunt. vxorem enim non indefinitis partibus, sed certis, & praescriptis instituerat. vt filio subdupla, filiae vero dupla esset. Quod si hoc modo interpretaremur, vt alterum assē facientes, respectu filii attribueremus vxori trientem, respectu filiae bessē: tum vero apertissimae testatoris voluntatem peruerteremus. Vxori enim maiorem multo quam filio partem attribueremus: cum ille voluerit vxoris partem duplo à filio superari. nam re ad geometricam rationem & vnum assē reuocata, vxori semissem, filio trientem,

tem, filiae vero sextantem attribueremus. Maneat igitur Iuliani ratiocinatio: quæ quamapertissime ad testatoris voluntatem accommodata est. Et ut pro corollario illud adiungamus, notetur quod in illa l. si ita scriptum, 47, identem ostendimus: illic dupodium apertissime à testatore factum: & assē secundum descriptis aperte partibus completum fuisse. ob eamque caussam nihil ei aduersari, l. cum quæstio, 23, C. de legat. in qua secundus as impletus non fuerat. quapropter mirum non erat, si toto vni attributo, partem alteri postea tribuit, partem ex toto detrahere censeatur. At in l. si ita scriptum, dodrans postumo attributus de superiore asse non detrahebatur: sed ad quadrantem postumæ relatus secundum assē faciebat.

*Septem partes.* Seq. 11. Vbi in asse ordinario seruari Arithmeticæ proportio non potest, ad Geometriam decurrentum est. d. l. si ita scriptum, 47. Similiter Paulus in l. clemēs, 81, infra, de heredib. instit. scribit testarorem, qui si sibi filius & filia nascerentur, duas illi, vnam huic relinquit partē; si quidem ei duo filii vnaq; filia nascātur, intelligi in quinq; partes assē distribuisse: quarum filii binas, filia vnam auferet. Potuit etiam in decem distribui, vt singuli filii quaternas, filia duas auferret. Male autem de nostris ingeniosis meritū est Tribonianus: qui cum huius caussæ disputatio tripartita sit, vnicam duntaxat partem tractat. Summa igitur di-

uiso hæc est. Nam aut pares factæ partes sunt, aut impares. pares sunt, Veluti si filius nascatur, heres esto ex semisse: vxor ex semisse. duobus filiis natis, singuli singulos trientes auferent, vxori terrium: quippe cùm pares inter illos partes testator distribuerit. si autem partes impares sint, veluti, filio bessèm, vxori trientem: & duo filii nati sint, geometrica proportio sequenda erit: vt singulis filiis quaternæ, vxori binæ attribuantur. aut, vt in d.l. Clemēs, ita quinque seruandæ partes erunt, vt filiis singulis binæ partes, vxori vna attribuantur. Quod si filiæ (vt in lege nostra) triens, vxori beslattributus sit: tunc duabus filiabus natis, singulis quadrás dabitur, vxori semis: vel singulis binæ partes vxori quatuor. Operæ pretium est autem Iurisconsultorum in Geometrica proportione reperienda obseruare: vt id cùm vius venefit, imitari possimus. Est autem arithmeticorum præceptis consentaneum: quorum quadripartita est regula: primum, vt minimi cuiusque personæ numeri quarantur: velut in hac cauſa: filia superatur ab vxore duplo: à filio vero quadruplo. minimus ergo filiæ numerus est, i. vxoris. 2. filii. 4. Tum deinde illi numeri coniungendi sunt: vt hic. 7. Postea per hunc coniunctum universa summa (verbi gratia hereditas 28) partenda est. vt hic, septima pars totius summæ sunt. 4: quæ filiæ tribuanda sunt. Tum hic numerus proximum vxoris numerū multiplicandus: yn-

de 8,

*De proportione Geometria.*

de 8, nascentur: quæ illi tribuēda sunt. postremò per filii numerum, vnde conficiuntur 16, quæ filii pars erit. Ita distributa erit hereditaria summa tota 28. Similiter in d.l. si ita scriptum, de hered. instit. vbi filiæ 12, postumo 9, postumæ 3, attributa erant: quia postumus triplo superat postumam, filia vero quadruplo, minimus postumæ numerus erit 1, postumi 3, filiæ 4: quam summam Africanus coniungēs, efficit 8. Partiamur nunc hereditariam summam verbi gratia 80, in octo partes, octaua quæ postumæ debetur, erit, 10: quæ ex postumi numero multiplicata, triginta illi pariet: ex filiæ, quadraginta. Hæc igitur Iurisconsultorum obseruatio fuit, in qua proportio Geometrica inest: de qua scribit Aristoteles libro Ethic. v: cùm illam definit æquitatem rationis quæ minimū in quatuor posita est: quippe cum & ea quæ distribuuntur, vt hereditas, diuidantur: & ii quibus distribuendū est, vt coheredes. Tum deinde ita demonstrat. vt est A, ad B in linea, sic esto C ad D: pariterque vt est A ad C, sic B ad D. Ergo etiam totum cum toto comparabitur, distributioq; id coniunget: & si ita inter se componantur recta erit coniunctio. ita extremi A cum extremo C, & extremi B cum extremo D. coniunctio, ius est quod in tribuendo versatur. In iuria autem à proportione aliena atq; auersa est. Qui locus vt planius intelligatur, cōstituatur in A smaragdus pretiosissimus: in B silex. tū ducatur altera linea, & in C ponatur

f 3 tur

tur mille aurei, in Dobolus. Post ratio ita ineatur: Ut est A ad B, sic C ad D: deiu si vt A est ad B, ita C ad D, necessario A est ad C, sicut B ad D. postremo vt est totū ad totū, ita alterā pars totius ad alteram alterius, veluti vt est A C ad B D: ita & A ad B, & C ad D. Nunc vt ad Iuris consultorum nostrorum rationem redeamus, sumamus disciplinæ caussa illud Africani expeditissimū: & Testatoris distributionem proponamus: filiæ 12 postumo 9. Post Africani rationem subiungamus filiæ, postumo 3. qui minimi sunt numeri. Ergo vt sunt 12 ad 9: sic 4 ad 3. dein si vt sunt 12 ad 9, ita 4 ad 3: necessario erūt 12 ad 4, sicut 9 ad 3. Postremo vt 12 & 4 ad 9 & 3, ita 12 ad 9, & 4 ad 3.

#### §. Regula.

#### Argumentum.

Cui libertas & hereditas simul relictæ sunt, ei neutra separatim eodem adimi testamento potest.

*Regula est iuris Civilis, qua constitutum est, hereditatem adimi seruo non posse, propter quam liber et heres esse iussus sit. Itaque quamvis dominus ademerit eodem testamento libertatem, nihilominus et libertatem et hereditatem habebit.*

#### COMMENTARIVS.

*Hereditatem adimi.* Mirifica profectō vtraq; hæc consultatio est: An cui libertas & hereditas relictæ sunt, adimi ei alterutra separatim possit.

Nam

Nam si de necessariis heredibus agitur, utroque casu intestati exitū dominus facturus est: cùm siue hereditas adimitur, testatus sine here de dici non possit: siue libertas, obtinere seruus institutus hereditatem sine illa non possit. Itaque ne codicillis quidem adimi necessario heredi libertas potest. l. 6, in fin. D. de hered. insti. Totū igitur huic §. non modò incōsideratissimè à Triboniano sub hac Rubricā, quę de liberis est, coniectum arbitror: verumetia corruptum ac deprauatum: neque posse de necessariis heredibus intelligi, sed de seruis vna cū aliis coheredibus adiecta libertate institutis: vt sensus sit, Quamvis defunctus intestati exitum non habet, quippe qui alterum heredem instituerit: tamen cum libertas seruo relinquatur, cōstet autem libertatē ei seruo propter hereditatē datam fuisse, consentaneū videtur, vt hereditatē quoq; pro sua parte retineat. Est enim argumentū ex cōsequentibus ad antecedētia: vt cui quid propter aliud conceditur, eidem illud ipsum necessario concedatur. l. 4, D. de penu legat. Tametsi enim si iuris rationē spectemus, libertas antecedat, tamen ex testatoris voluntate, de qua hic agitur, hereditas & principalis & antecedens est: libertas autem necessaria & consequens, non enim ei hereditas propter libertatē, sed cōtrā, libertas propter hereditatē conceditur. quod cū reipsa intelligitur, tum etiā Julianus his verbis ostendit: Propter quā liber & heres esse visus est.

Quod

Quod cùm ita sit, & verbum LIBERTATEM perperā incultatū arbitror, & pronomē EAM, interponendū: hoc modo: Ita quē qualuīs eam dominus ademerit eodē testamento, libertatē nihilominus & hereditatē habebit. Nam dubitare an cui seruo hereditas cū libertate relictā est. ei libertas adimi, hereditas verò relinqui pos sit, nisi fortè seruus cōmuniſ sit, nulla mihi quidē ratio videtur. De cōmuni autē seruo dissimilis ratio est, vt patet ex l. 6, D. de hered. instit.

### § Testamentum.

#### COMMENTARIUS.

Quæ de exheredatione post mortem facta dicenda sunt, & omnino quæ ad hunc locū pertinent, exposita sunt in l. Gallus, §. in omnibus.

### § Siquis Lex X I I I . Si postumus.

#### COMMENTARIUS.

Hunc § & l, in sequentem superius vna cum l. 3, exposuimus.

### Lex X V I .

#### AFRICANVS libro quarto questionum.

##### Argumentum.

Filius præterito postumo institutus, eoque nondum nato mortuus si nepos ei substitutus sit, sui ius in eum transfert: si minus hereditatem ab intestato. Item vt si conditioni sub qua institutus fuerat, non paruerit:

*Si filius*

Si filius heres institutus sit omisso postumo, filioque substitutus nepos ex eo sit: si interim moriatur filius postumo non nato, nepotem tam patri quam aucto suum heredem futurum: quod si nemo filio substitutus sit, & solus ipse institutus sit: tunc quia eo tempore quo is moriatur, certum esse incipit neminem ex eo testamento heredem fore, ipse filius intestato patri heres existat: sicut cœnire solet, cum sub ea conditione quæ in ipsis potestate erit, filius heres institutus, prius quam ei pareret moriatur.

#### COMMENTARIUS.

*Interim postumo non nato.* Id est interim dum postumi expectatur agnatio. Hec enim coniungenda sunt: non (vt ab aliis) disiungenda. Quod enim verba hæc POSTUMO NON NATO, quidam sic accipiunt, quasi interea dum hereditas adita nō esset, filius decessisset, deinde postumus natus non fuisset: sanè cuiusmodi sententia futura sit, non dispicio. Nam si natus postumus non esset, ecquis nepoti controversia moueret? ecquæ dubitandi cauſa subesset, quin & sūus & solus ex testamēto futurus heres esset? Præterea vtrū natus non est, quia conceptus non esset, an quia contigisset abortio? Si conceptus non erat, quid absurdius Africano, qui omissū postumū proposuit: si abortio contigit, ecquodnam hoc genus est dicendi, Postumo non nato: pro, Per abortionem extincto?

*Nepotem.* Lex est in xii tab. vt nepos, qui mo-

r dō

dō suus heres sit, ad quā hereditatem vñā cū patruo admittatur. l.3, & l.4, C. de suis & legit. §, cū filius, & ex svlt. de hered. quā ab int̄est. Tam qui filium & ex eo nepteim, vxoremq; grauidam habebat, filium instituit, nepotem ei substituit; postumum præterit. Eo mortuo filius acquirere hereditatem non poterat: hoc est, nihilo magis quam cū viuo testatore suus heres designatus erat. Nam quandiu rumpit testamentum potest, non defertur ex testamento hereditas. l. ventre, 84, De acq. hered. Tametsi aliud Iuris postea Theodosius introduxerit, per l. vn. C. qui aut lapert. tab. Cūm hic rerum status esset, moritur filius, cuius in locum repos succedit. tandem agnascitur postumus, & testamētū rumpit. querebatur an nepos hic ex lege xii tab. admitti posset. Et bubit an dīcaussa hæc erat, quia cū aut mortis tempore præcederetur à filio, sūtis ei auo heres dici non poterat.

Tam patri quam auo. Imo, Quām Patri, tam auo. Nam de patre dubitari nō potuit. Itaq; plōcum hunc legendū arbitraret.

Suum heredem. Enunt. i. Nepos filio substitutus agnascente postumo præterito, tā auo quā patri, quasi suus heres succedit. l.4, & l.5, D. contab: Neq; est quod nostri querant, an quis duobus simul & vno tempore stūs heres esse possit? Disceptatio enim ex Iuris & æquitatis cōtentione naſcitur. Nā si iuris summi subtilitatē & acerbitatē spectemus, nepos auo suus dici nō potest,

test, quippe quem pater mortis aut tempore antecedenter. Sed quoniam iniquā est, eum qui de liberorum numero est, qui in familia & potestate aut natus est proprietam ab hereditate remouerit, & inedia laborare: benignitas postulat, vt si minus vt suus, saltē vt quasi suus, admittatur. Cuius æquitatis simillimā supetius obseruimus in l. si quis, 9, §, i, hoc tūl. si quis, 6, de iniust. test. l. scripto, 7, vnde libel. Neque obstat quod quāuis in extraneis heredibus nōdū quæfita hereditas ad heredes eorū nō trāmittatur, l. 3, & l. quoniam, C. de iur. delibitamen in filiis fa. transmittitur l. vn. C. qui ant. ap. tab. præsentū cūm in suis heredibus aditio non sit necessaria. Cūm etiā eos quorum in potestate sunt, heredes sine aditione faciat l. qui in aliena, 6, §, 3, De acq. hered. Nā vt illud omittamus, quod iā ante monūmus, à Theodosio nōrū illud ius introductū sūisse: respondendū est, hereditatē in hæc caussa propter incertū & ventris & testamenti cœntū pependisse: ac propterea ne filio quidē familias acquiri potuisse. nā ex testati caussa nō potuit: quippe cum propter postumū naſciturū spem, de quo beneficium dūctū est, testamentū penderet: neq; secundū tabulas peti: possessio posset: ex intestati autē caussa, nihilo magis: abortio enim cōtingere poterat, quæ testimētū nō rumpit. l. qui mortuū, De verb. sig. Multo minus obstat quod dicitur vulgare: substitutionē facere de necessario voluntariū, & existentiā sui he

redis impedire. l. Julianus, D. si omiss. causs. test. l.  
si filius qui patri, 12, De vul. & pupill. ac proinde  
non filiu hunc suu heredē auo fuisse: sed potius  
nepotē ipsum, idq; directō. Tū enim illi senten-  
tiæ locus est, cūm exitu vulgaris habet substitu-  
tio. At in hac caussa per testamēti ruptionē euā-  
nuit. Præterea nihil hoc ad nepotis Suitatē (de  
qua nūc agimus) impediendum attinet. Quod  
autem nonnulli verba hæc, P O S T V M O N O N  
N A T O, ad insequētia referebāt, & sic interpre-  
tabātur, quāsi natus re vera postumus non fu-  
set, mihi permīrū videtur. primū, quia non satis  
cōsideratē Africanus in hypothesi posuisset præ-  
teritum postumū fuisse. nō enim dixit, vt Papi-  
nianus, V E N T R E P R A E T E R I T O: sed, P O S T V  
M O. Præteriti autē nō dicūtur, qui nō sunt. Dein  
de si postumus natus non esset, vnde tandem huic  
nepoti controuaria nasceretur? ecquāna dubi-  
tādi caussa subesset, quin ex testamēto solus he-  
reditatē obtineret? P O S T V M O A V T E M N O N  
N A T O, sic accipere, quāsi dixisset, Abortione  
extincto, nulla ratio est.

*Certum esse incipit.* Quia præter filiu nemo su-  
pererat, qui testamentū sustineret: quippe cūm  
substitutus nepos hoc casu nō esset. Quare filio  
moriente testamentū intercidit. At superiore  
casu dici hoc non poterat, supererat enim ne-  
pos, qui filio moriente testamētū sustinebat.

*Ipse filius.* Seq. II, Filius qui & nepote & postu-  
mo omissis, heres institutus ante postumi ag-  
natio

nationem moritur, patri ab intestato successisse  
intelligitur. Vt iā nepos non est sua psona, sicut  
in superiore casu, sed ex patris psona ius querat.  
Cuius discriminis ratio inuestiganda est: qua de  
caussa nepotem hunc nō vt superiorē dicamus,  
Auo quāsi suu heredem existere, & ex xii tab.  
vnā cū patruo succedere. Ergo intelligendū est,  
dici quidē hoc posseverissimē: tā enim nepotem  
hunc, quām superiorē Auo quāsi suu heredem  
esse: sed vbi directō iuri locus est: nihil opus esse  
ad indirectū confugere. Vsque adeo autē direc-  
to iuri locus est, hoc est, vsque adeo verū est, fi-  
lium hunc ab intestato suu successisse, vt etiam  
si non nepotem, sed alienissimū sibi heredē ha-  
beret, tamen in eū ius suum trāsmitteret. Ius au-  
tem suu intelligimus Decreti petendi, hoc est,  
decretalis bonorum possessionis cōtra tabulas;  
vt patet ex l. 5, D. cōt. tab. & l. ventre, 84, De acq.  
hered. vnde intelligitur Disceptationes istas ex  
iuris & æquitatis contentionē natas esse: cūm ita  
scribitur, N O N N E I N I Q V V M E S T, Item, Nō  
est iniquū prætorem decernere heredibus eorū  
saluum fore cōmodum bonorū possessionis. Nō  
igitur filius hereditatem non aditā in nepotem  
hunc transmittere dicitur. Primum quia natum  
istud Ius Africani tempore non erat: vt superius  
diximus: deinde quia quod hic dicitur de nepo-  
te. idem etiā in alienissimo locū obtinet.

*Sicut euenire.* Seq. III, Filius sub potestauia  
cōditione heres institutus, si non impleta con-

ditione moriatur, patri ab intestato succedere intelligitur. l.vlt.D.de cond.inst.vbi Papinianus scribit, filium sub ea cōditione institutū, quę moris tempore impleri non possit (siquidē substitutum non habeat) videri dū moritur, legitimū patri heredē extitisse. Qua ex Papiniani disputatione relinqu videtur, locū hunc non dē quāvis potestatiua generaliter intelligendū, sed restri-  
cte dē ea quę mortis tempore impleri nō potest. Quod ratiōne, verē vt dicā, mihi non probatur. quia cūm æqui & boni ratio in hac caūssa domi-  
netur, tota illa subtilitas quadicimus dandi cō-  
ditionē à defuncto mortis tempore impletā vi-  
deri, repudianda est. An nō enim inquē illa sub-  
tilitate argutaremur, cūm filius cā conditionem  
impleteuerit, non posse videri ex intestato heredē  
dum moritur fuisse? Nā iste subtilitates quę he-  
redū adiuuandorū caūssa excogitatæ sunt, con-  
uerti in liberorū odium nō debent. Vtrauis igi-  
tur potest iua illa conditio fuerit, filius ex æquo  
& bono iudicadus est legitimus heres auo fuisse,  
nō quidē verē & reipsa. quia quādiu rūpi testa-  
mentū potest, non defertur ex testamēto heredi-  
tas: sed propter petēdi Decrēti ius, quod cūm  
ei competeteret, ad nepotē quoque transmissum  
benignē iudicatur, ex d.l.5, D.cont.tab. & l.ven-  
tre, 84, De acq.hered. Vbi Papinianus ait, si ven-  
tre pleno sit mulier, iniquū fore interea defun-  
ctum filium heredi suo relinquere nihil, & ideo  
decreto filio succurrandum esse.

Lex

## Lex XVII.

**FLORENTINVS libro decimo Institutionum.**  
Filiī etiam hoc modo exheredantur: Filius  
exheres sit, filius exheres erit.

## C O M M E N T A R I V S.

Cūm in omnibus testamenti partibus verbo-  
rum solemniū obseruatio summa fuit, tum verò  
vel maximē in liberorū exheredationibus, quæ  
propter odiū semper à Juris consultis ad exactū  
iudicium reuocatæ sunt. Cuius rei vel hic locus  
argumento est. Nā Vlpianus cap.Inst. xxi. For-  
mulam hanc institutionis probatam esse ait: Ille  
heres sit, pro Es t.o.nunc Florentinus significat  
dubitatu fuisse, an illa exheredationis formula,  
Exheres sit, admittēda esset. Romæ autē vbi La-  
tinæ formulæ usurpabantur, huiusmodi dispu-  
tationib⁹ locus fuit. At Constantinus eas in  
Grēcia sustulit.l. Quoniā, C. de testam.qua ex re  
de hac disciplina nostra, quæ non paruā ex par-  
te formulis cōstituit, conie&turā facere possumus.

## Lex XVIII.

**VLPIATVS libro quinquagesimo septimo.**  
ad edictum.

## Argumentum.

Exhereditatio non modo incommodandi, sed etiam commo-  
dandi causā fieri potest.

Multi non nota caūssa exheredant filios, nec vt  
eis obsint, sed vt eis consulant, vt puta impuberi-  
bus: eis que fidei commissam hereditatem dant.

## C O M M E N T A R I V S.

Vtemancipatio, sic etiam exhereditatio, qual-  
rum

Qui mortis tempore proximum i filii familia gradum obtinebat. Arrogatus contra disserebat: Imo qui de causa hereditatis tempore hereditas autem sub conditione vel non ante ipsum euentum deferatur: quo tempore nullum in familia locum institutus obtinet. Sic in scripto, 7, D. unde lib. l. si quis, 9, si supra eodem dicitur, 16, D. de irribitu propter demonstratum est; Sui iudicii, vel potius quia si sui, qui de causa hereditatis tempore proximum gradum obtinebat. Obiicitur l. 6, §. interdum, De acq. hered. & l. filius patroni, De bon. libert. ubi filius exhereditatus, ac proinde non sunt (nam exhereditatio Suitatem extinguit) 1, §. post suos, De suis & legit. tamen propter nepotis institutionem necessarius heres efficitur. Ergo intelligendum est, non ut qui suus est, id est etiam necessarius est: ita vicissim, qui necessarius est, eundem continuo suum esse. Non enim heres reciprocantur. Id quod vel ex eo apparet, quia frateri fratri impuberi substitutus, necessarius heres eius. l. 3, §. vlt. D. de her. inst. Cuius disputatio etsi primo aspectu nobis contraria videtur, tamen secundo consentanea est, quia non ut hic hereditatis delatio, usque ad conditionis euentum, sic ibi usque ad tabularum aperturam differtur. Nam enim a mortis tempore hereditas delata erat. quoniam ergo duo illa tempora concurrunt, sicuti ab initio necessarius heres fuit, ita etiam permanxit.

## Lex XXI.

POMPONIVS, libro secundo ad

Quintum

## Quintum Mucium: I

## Argumentum: I

Posterior testatoris voluntas sequenda est.  
Si filium nominatum ex heredatuero, ita eum postea heredem instituero, heres erit.

## COMMENTARIUS.

## COMMENTARIA.

Testamentum ex postrema ipsius scriptura ceseatur: hoc est, ea demum iusta dicuntur sententia voluntatis nostra, quae postrema reperitur. ut in definitione testamenti docuimus. Itaque si fratre filius ab initio exheres factus, postea heres fiat, siue contra heres ab initio factus, exheres esse futuratur: ea testatoris voluntas cesebitur, quae novissima reperietur. l. si quis eum, 16, D. de vulg. l. Diu. 8, §. licet, De iure Codicil. l. si quis, 22, De legat. tertio. Disceptatio ex contrario scriptis natura est. Cuius exempli extat in littera scripto, 47, De hered. instit. l. Sticus, 2, D. de manumis. test.

## Lex XXXII. clm L. XXXIV.

TERENTIUS Clemens libro septimo decimo  
ad legem Iuliam et Papiam.

## Argumentum.

Postumus sub conditione institutus, si ante ipsum euentum nascatur, rumpit in postea, non rumpit. cum accidat ille rumpere postumam. Lex anno X. XI post loquuntur  
Cum postumus sub conditione institutus, si prius quam nascatur, conditio extiterit, non rumpitur  
testamentum postumi agnatione.

v 2 Lex

*Paulus libro nono Questionum.*

*Postuma sub conditione heres instituta, si pēdē  
tē conditione viuo patre nascatur, rumpit testa-  
mentum.*

## COMMENTARIVS.

*Sub conditione.* Fortuita autem mixta ponitur enim ante ipsum natum accidisse.  
*Non rumpitur.* Disceptatio nascitur ex iuris & æquitatis contentione. Ius sumnum est, ut filius sub conditione fortuita institutus, nisi in eius defectum exheredetur, in illum casum præteritus videatur. l. 4, D. de her. instit. & l. 4, C. de Instit. & subst. Itaque postumus hic in casum omissum præteritus videbatur; sed cum eo tempore quo nascitur institutus reperiatur, & alter casus iam ex rerum natura sublatus sit, æquitatis ratio postulavit, ut pro plena hæc institutio habeatur, quod illi regulæ consentaneum est, quae dicebatur, Iustitiones benigne interpretandas esse. Quod cum ita sit, Exheredationum autem contraria ratio sit, non dubitandum putarem, quin si exheres hic postumus scriptus fuisset, quamvis post conditionis eventum nasceretur, testamentum rumperet; quasi si in casum omissum hoc est, in defectum conditionis, præteritus.

*Postuma rumpit.* Ex iure summo: quia in casum

casum omissum præterita cencetur: neque, vt in superiori consultatione, casus ille omissus, hoc est, deficientis cōditionis, peremptus est. vt iam dici non possit, eam quo tempore nascitur reperiri institutam: potest enim casus omissus accidere. Ius autem hac in caussa siccirco seruatur, quia præteritio odiosa est: & si conditio deficeret, præterita postuma reperierur.

*Viuo patre.* Hoc quorsum addictum sit, non intelligo. Nam quin idem Iuris sit, si patre mortuo pendente conditione nascatur, dubitandi caussam non video: cum eadem hic ratio, quæ in superiori casu, locum habeat.

## Lex XXIII.

## PAPINIANVS libro duodecimo Questionum.

## Argumentum.

Non si filius exheredatus iterum post emancipationem, vel in nepotis locum a patre arrogetur, siccirco tamen minus exheredatus cencetur, alia est enim veri patris, alia extranei adoptionis ratio.

*Filio quem pater post emancipationem à se factā iterum arrogauit, exheredationem ante a scriptam nocere dixi.* Nam in omni fere iure sic observari conuenit, ut veri patris adoptius filius nunquam intelligatur: ne imagine naturæ veritas adumbretur: videlicet quod non translatus, sed redditus consideretur: nec multum puto referre, quod ad propositionem attinet, quod loco nepotis filium exheredatum pater arrogauit.

## COMMENTARIUS.

*Antea scriptam.* Cùm primum istud legi, ex Latini sermonis ratione locū sic intellexi, quā si exheredatio ante emancipationem facta fuisset. Simul accedebat, quòd exheredatio in emancipato res inepta videtur: item vt in extraneo. I. quidam, D. de verb. oblig. Sed postea ad nimad uerti Vlpianū in l. nō putauit; 8, §. Si quis emāci. D. cont. tab. locum hunc Papiniani commēnorantem, ita quæstionem tractare, vt exhereditatio post emancipationem facta sit. Vt cunq; au tem sit, etsi Papiniani auctoritas permagna est, tamē hoc scrupuli subest: primū quòd filii exheredatio, quæ inuisa & odiosa est, hoc loco interpretatione & argutiis adiuuatur, contra l. cū quidam, supra eod. Deinde quòd adoptio, quāsi agnatio sui heredis, testamētum ante factum rumpit. l. i, infrā. tit. prox. Vnde etiam extranei adoptio exheredationem ante factā extingue ret. d. l. nō putauit. Tertio, quòd si extraneo post modum arrogato nocere exheredatio ante facta nō debet; multo minus admittēdū videtur, vt filio noceat. Sed paulò explicatius tota haec quæstio tractanda est. Ac primum de institutio ne videndum: de qua & noster hic proximo §, & Scæuola in l. si qui heres, 18, infrā. tit. prox. disputat, vt institutio extranei in eo postea arro gato valeat. Quod meo iudicio ad similitudinē legis Velleæ admissum est. Nam cùm Vellea lex eos qui nondū sui erant, sed futuri sperabātur, institui

institui permiserit: iuris similitudine inductum istud arbitror, vt institutio extranei, in eodē po stea Suitatē adepto valeret. Ex quo intelligitur, disceptationem hanc ex Iuris scripti & non scri pti contentionē natam fuisse. Atque hæc quidē de institutione dicta sint: cuius dissimilē ab Ex heredatione esse rationē proximē dictū est, in d. l. cùm quidā: vt illa benigna interpretatione adiuuetur, hæc verò quoad facultas feret, repudietur. Quod Iurisconsultorum institutū supra identidē retineri vidimus. Itaq; Exheredationē in extraneo factā, eidē postea arrogato non no cere, dictum est. Sed Papiniani disputationē au diamus, Quoniā, inquit, veri patris adoptiūs fi lius nunquā intelligitur: sed iura naturalia in eo præalent. Quibus verbis, vt opinor, significat, filio ius suum per arrogationē non redintegrati: hoc est, Suitatē integrā non recuperari: sed ta lē redire per arrogationem, qualis antea fuerat. Quoniam, ait, Si suitatem per hāc arrogationē adipisceretur, cōsequeretur, vt veritatē imago adūbraret: hoc est, vt fictio veritatem obrueret: quasi consentaneum non sit, eum qui natura & veritate filius est, iā nō ex natura sed ex fictione filium haberi: & suum in hac familia dici iā non ex natura, sed ex fictione: quasi potētior esset fictio, veritate. Qua disputatione, vt nihil argu tius ac subtilius excogitari potest: ita difficile dictū est, non illud concludi, Filii exheredationē Papiniani interpretatione & argutiis adiuuari.

Sed

*Sed redditus.* Vtrum hoc significat, Eodem in statu, iure & qualitate redditus, qua in emancipationis statu erat: an potius: Non translatione in familiam filius illius familias factus, sed in pristinam & suam familiam restitutus: vt non ex novo fictionis iure filiusfa. habeatur, sed ex naturæ & veritate? Verum utrocumque modo, si ue nouum ius filii fa. adeptus sit, siue pristinū recuperarit, tamen Suitatem integrā obtinet: ac proinde apparet, eum qui suus est, quo tempore suus fuit, præteritum in testamento fuisse.

*Loco nepotis.* Obiectio fuit, in illud quod dixit, R E D D I T V M: & qualis antea fuerat talem reuersum. Cùm enim non in filii, sed in nepotis locum arrogatus esset, nō pristinū, sed nouum ius adeptus videbatur. Præterea si testamentum propter filii fa. præteritionem non vitiarebat: at certè vt nepos præteritus accrescendi ius haberet. In quo summa video æquitatem: Papinia ni autem subtilitate exheredationem adiuuari.

### §. Si Titius.

*Institutio extranei in codē postea arrogato, vallet, l si qui heres, 18, infrā tit. prox. Cuius rei æquitas superius exposita est.*

### LEX XXIV.

C A P V T hoc sub l. x x i i interpretati sumus.

### Lex XXV.

P A Y L V S libro duodecimo Responsorum.

Argumen

### Argumentum.

*Qui extaneum instituens, addit se cæteros filios exhereditare, viuum quem se habere seit, recte exheredit alterum quem necit, non recte.*

*Titius testamento heredem instituit, & filium habens sic exheredationem posuit: Cæteri omnes filij filiaque meæ exheredes sunt. Paulus respondit, filium recte exhereditatum videri. postea consultus an videatur exheredatus quem pater putauit deceſſisse, respondit, filios & filias nominatim exheredatos proponi: de errore autem patris, qui intercessisse proponitur, apud Iudicem agi oportere.*

### COMMENTARIUS.

*Nominatim exheredatos.* Ergo hac formula Cæteri filii exheredes sunt: filii nominatim appellati videntur: at illa præcisa, Cæteri exheredes sunt: non videntur: vt in l. i, docuimus.

*Apud iudicem.* Apud Centumuiros: ad quos de inofficio testamēto aget filius: quippe ciui libus verbis exheredatus. Ut facile appareat disceptationem ex scripti & sententiæ contentione natam, iuris & æquitatis ratione amplificari. Nam ex scripto ius summum heres institutus vrgebat: quæ disertis & ciuilibus verbis rite exhereditatum cōstabat: filius vero ex sententia ita pugnabat, vt eam Iuri anteponendam ex æquitatis ratione defederet. quia testator verba Ex-

x hereda

heredationis pronuntians de illo non senserat: sed de cæteris duntaxat. Similiter Vlpianus in l. si instituta, 27, D. de inoff. test. cum mater filium mortuum existimans, eum præteriisset, tametsi matris præteritio, pro exheredatione numeretur, tamen dandam in officiosi querelā respōdit.

### Lucius.

#### Argumentum.

Quem testator in vtero esse putans, cum iacti editus esset, heredem institutis cum eodem dictatus esset, iure institutus est.

*Lucius Titius cum supra sua ordinaret in ciuitate, & haberet neptem ex filia prægnantem ruragentem: scripsit id quod in vtero haberet, ex parte heredem, quæro cum ipsa die qua Titius ordinaret testamentum in ciuitate hora diei sexta, eodem die albescere cœlo rure sit enixa Meuia masculum, an institutio heredu valeat, cum quo tempore scriberetur testamentum, iam editus esset partus. Paulus respondit, verba quidem testamenti ad eum pro nepotem directa videri, qui post testamentum factum nasceretur. Sed si vir proponitur, eadem die qua testamentum factum est, neptis testatoris antequam testamentum scriberetur enixa esset, licet ignorante testatore, tamē institutionem iure factam videri, recte responderi.*

#### COMMENTARIVS.

*Neptem ex filia. De postumo ergo alieno hic agitur:*

agitur: cui heredi instituto cum ius Ciuite decesset, bonorum possessionem Rrætor addicebat. §.i, de bon. poss.

*Id quod in vtero haberet. Vnde nata disceptatio est: cum scriptu hoc aduersarius vrgeret: Proneposverò sententiam: quasi de eo partu testator sine dubio sensisset. Ut autem superiore, sic etiam hoc casu æquitatis ratione disputatio amplificatur. Nam aduersus Iuris summi & scripti argutias æquitas sententiae & exploratæ voluntatis pugnat.*

*Hora diei sexta. Meridie. & albuscens in Albescente cœlo. Prima luce. Cæsar lib. de bello ciuili. i, Cæsar exploratis regionibus albente cœlo omnes copias educit.*

*Verba quidem. Quod in vtero haberet.*

*Eadem die. Quasi eadem dies pro momento computetur. quid igitur si eadem quidem dies fuisset, sed non naturalis, verum ciuitis: hoc est, enixa haec mulier fuisset ante diluculum post sextam superioris noctis horam? Sane Paulus aliud se responsurum fuisse significat: sed cum de testatoris voluntate constet, putarem istas angibonarias de testandas, &c, ut cordatis viris indignas, repudiandas esse. & auctoritate sacerdotum & pontificum. Lex. i. ouline. XXVIII. anno 119. Tryphonius libro. vicesimo disputationum.*

*Argumentum.*  
*Filius sa. pendente fortita institutionis exheredationisque conditione decedens, heres ab intestato ei.*

*Filius à patre cuius in potestate est, sub conditione quæ non est in ipsius potestate, heres institutus, et in defectum conditionis exheredatus, decepit pèdente etiam tunc conditione tam institutionis quam exhereditationis. dixit heredem eum ab intestato mortuum esse, quia dum viuit, neque ex testamento heres, neque exheredatus fuit herede autem scripto ex parte filio, cohères post mortem filij institui potest.*

## COMMENTARIVS.

*Et in defectum.* Id quod necessarium fuit. Iam dubitari, 86, D. de hered. inst. & l. 4, C. de im pub. & al. subst. vnde prima Enuntiatio sumi potest. Filiam fa. recte sub fortuita conditione institui, si modo in eius defectum exheredetur. De potestiuā vide l. 4, D. de hered. inst. De vtraq. l. libertus, 20, §. existimo, D. de bonis liber. cor. Ab intestato. Id est, iniustum testamentum esse: vt pote in quo non recte exheredatus sit filius.

*Dum viuit.* Hoc significat: sed post mortem suam exheredatus est, quæ exhereditationis formula improbatuī l. 4, in fin. infra, de hered. inst. l. si ita scriptum, 13, in fin. supra eod.

*Ab intestato mortuū.* Seq. n. Filius fa. pèdente institutionis exhereditationisue fortuita conditione mortuus, ab intestato heres est. Disceptatio autē ex scripti & sētētiæ cōtētione nascitur: vt intētio sit: Non recte exheredatus est. D. Imo recte. Q. Rectē an fecit. R. Quia itissus est exheredatus.

res

res esse, si se, nauis nō veniret: Ipso autē viuo nō venit. Ergo ita exheres est, quali scriptū esset. Si eo viuo nauis nō venerit. F. Imo cū tépus nullū præfinitum sit indefinitè intelligendum est, siue viuo, siue mortuo eo conditio deficiat. Cūm igitur conditio non nisi post mortem deficerit exhereditatio post mortem collata, ac proinde non recte concepta intelligitur. Nam exhereditatio non rite concepta pro præteritione numeratur. Nam igitur per se & simpliciter hæc institutiōnis exhereditationisue formula improbatuī: sed ex euentu & per accidens. Nam si conditio vel moriēte filio extitisset, improbata formula fuisset. Sed in caussa posituī à Tryphonino est, filium pendente conditione decessisse. Quare disputatio l. vlt. D. de cond. inst. in qua agitur de conditione dandi quæ moriendi momento impleri potest, nihil ad hunc locum pertinet.

*Herede autem.* Hanc appendiculam ineptissimè Tribonianus reliquit. Nam ad proximam disputationem non nisi casu quodam & (vt vulgo loquimur) ex incidēti pertinet. Sed cūm Tryphoninus sermonem instituisset de institutōibus & exhereditationibus post mortem collatis, eāmque varie & copiosè tractaret, partē quoque hanc subiunxit: Quamuis neque heres quis post suam mortem institui possit: l. extraneum, C. de impub. neque heres heredi attribui, iure directo, & sine fidei commisso: §. vlt. de pup. subst. tamen potest quis post heredis ex parte scripti

x 3

mortem

mortem, ei coheres attribui. Quod (vt opinor) sic intelligendum est, vt filius ex sua duntaxat parte heres sit: interea tamē vniuersa hereditate fruatur: suāmque partem moriens ad heredes suos transmittat. Coheredi autem sibi ascripto, partem attributā solidā relinquat. Obstat tamē quod hereditas ex die relinquī non potest: l. hereditas, 34, D. de hered. inst. Itaque quod tū hoc loco, tum etiā in l. qui filio, 38, eod. traditur, meo iudicio ex bono & æquo contra Iuris summi rationem in testamēti fauorem receptū est: & disceptatio in hac caussa ex illo fonte deduc̄ta.

#### §. Filius familias. 1.

##### Argumentum.

*Qui* aui morte in patris delabitur potestatem, testamentū ante factum, si præteritus fuerat, rumpit. si autē institutus, aut exheredatus nequaquam.

*Filiusfa. miles de castrensi peculio fecit testamētum, habēs filiū in eiusdem potestate: cūm militare desisset, patre eodemque auo defuncto: quæsiū est an rumpetur eius testamentū. Nō quidē adoptauit, nechodie ei natus est filius, nec priore subducto de potestate suo herede, ulterior succēsbit in proximū locum: sed tamen in potestate sua habere coepit quem non habebat: simūlque paterfa. factus est, & filius sub eius recidit potestatem. rumpetur ergo testamentum. sed si heres sit institutus, & exheredatus iste eius filius, non rumpitur: quia nullo circa eū nouo facto, sed ordine quodā naturali nactus est potestate.*

Com-

##### COMMENTARIVS.

*Fecit testamentum. Non more militari, sed iure cōmuni. alioqui cūm hic testator militare desierit, nihilominus instituto exheredatōue filio, testamentum interci deret. Nam militare testamentum paganitate rumpitur. l. quod constitutum, 21, & l. si filius, 33, §. sed siquidem, D. de test. mil. In quo cūm huius legis difficultas posita sit: tamen mirum est id ab aliis omnibus obseruatū non fuisse.*

*Militare desisset. Non tantū missione im petrasset, sed planè paganus factus esset. Nam intra annū missione militare testamentum valet. l. quod dicitur, 38, D. de test. mil.*

*An rumpetur. Propter veterem regulam, quae dicebatur, adeptione Suitatis testamētum rumpi. cuius exēpla quinque Vlpianus exponit cap. Inst. xxi. Agnationem, Adoptionem, In manum conuētionem, Successionem in locum sui heredis, & Manumissionem. Hic enim sexta species proponitur: cūm aui morte nepos Suitatem in filii familia consequitur, sed cūm hic casus rarus sit, & ad castrense tantū peculium pertineat, nulla eius propemodum ratio ducitur.*

*Non quidem adoptauit. Hoc quorsum pertinet, ingenuē fateor menō intelligere. Nam vt maximē adoptarit, tamen eadem adhibenda erit distinctio: Vtrūmne præteritus an exheredatus fuerit. l. filio, 23, §. vlt. suprà eod. & l. si qui heres, 18, infrā tit. prox. quod idem in agnatione & suc-*

succeſſione iuriſ eſſe, poſt legē quidē Velleam, nemo ignorat. Nam Suitatem adipiſcens, ſi præteritus fuerat, rūpit: ſin minus non rūmpit: quorū ſum ergo iſta ratiocinatio?

*Et filius ſub eius.* Particula hæc redundant, nam ſub prima coimpreheſia eſt.

*Rumpetur ergo.* Quod nam hoc conculionis genus eſt? quaſi Suitatis adeptio teſtamentū ante factum omni modo rumpat: cùm ſatis cōſtet, niſi admiſſa præteritoſiſt, non rumpi.

*Sed ſi heres.* Ergo ſi præteritus eſſet, rumpet neque obſtat, quod testatoris militis præterito pro exheredatione valet: partim quia testator hic militare deſiit: vnde illud priuilegiū ceſſat: partim, quia (vt ſuperius diximus) oportet non more militari, ſed iure communi teſtamentum hoc factum fuiffe.

*Si heres institutus.* At in omnibus ſuperioribus Suitatis adipiſcendæ generibus, idem omnino iuriſ fuit.

*Nullo circa eum nouo facto.* Genus sermonis Tryphoninicū: hoc eſt, hominis Græcè quam Latinè doctioris. Sed vt verba omittamus, rem ſpectemus: equānam iſta rationis ſubiunctio eſt: cùm apertissimè duo noua circa eum facta conſtet. Nam & in potestateſ teſtatoris venit, qui antea non erat: & Suitatē adeptus eſt, qui priuſ non habebat. Vnde Vlp. in l. ſilius, 33, in fine. D. de teſt. mil. liquido ſcribit, filium hunc teſtatori nouū nunc primum heredem agnasci. Plus ergo

ergo noui in huius nepotis perſona, quam in eius qui ſucceſſione auo ſuus factus eſt, accidit. Nam is antea in potestate & manu aui erat. Non igitur ob eam cauſam non rumpit, quia nihil in eius perſona noui contigit: ſed quia inſtitutus reperitur, quem inſtitutū oportuit. Deniq; vt ſuperius in l. filio, 23, docuimus: ius iſtud ex ſimilitudine legis Velleæ inductum eſt, vt rete inſtituerentur exheredarenturue ii, qui ſui heredes nondum erant: ſed poſtea ſui quoquo modo facti ſunt. modos autē ſuperius ſex enumerauimus. Quanquam ecce alia tergiuersatio. Iam enim animaduerto, verba hæc CIRCA EVM, ad teſtatorē pertinere. Verum in hoc viſ nulla eſt. Nā & paterfamilias factus eſt, qui non erat: & ſuum heredem habere cœpit, qui antea non habebat. Utroquenque igitur modo, noui quid in iſpicio perſona factum eſt. Duplex autem aduersus hanc legem grauis obiectio eſt: quarū tamen utrunque noſtri ſummo ſilentio prætereunt. Prior hæc eſt, quod militare teſtamentū paganitate rumpitur. Altera quod filiorum fam. de caſtrenſi peculio teſtamentum ad alias res non pertinet. l. ex militari, 11, & l. miles, 12, D. de teſt. mil. Atque ob eam cauſam absurdè quæri videbatur, an huius nepotis exheredatio etiā in aui bonis valeret. Ergo respondēdum eſt, teſtamentum iſtud à milite quidem, ſed non militari more, verū ſummo iure factum fuiffe. cuiusmodi teſtamenta neque paganitate rumpuntur,

tur, & ad cætera bona omnia valent. *Hac de re superius in fine l.* si quis postumos,  
satis abundè explicatum arbitramur.

*Hac de re superius in fine l.* si quis postumos,  
satis abundè explicatum arbitramur.

### Argumentum.

Nasciturus ex ea quæ testamenti tempore testatoris vxor esse non poterat, sed ut aliquando posset spes erat, rectè i[n]stituitur.

*Si quis eo tempore quo nondum eius vxor esse posset, testator natum ex ea scripsit heredē: an postea contracto licito matrimonio natus, heres ex testamento esse posset, queritur: veluti si sribas hodie heredem, qui tibi ex Titia natus erit: quando Titia ancilla, vel minor annis viginti quinque ea cuius pater tuus tutelam administravit, aut tutor tuus ipse fuisti. Postea Titia vxor iusta tibi fuerit, vel libertatem adeptā, aut tempore annorum viginti quinque, et utilis anni, rationē allegatione: an natus heres esse posset? nemo certè dubitabit, ex Titia quæ tunc propter tenorem etatis vxor duci non potuit, quando testamentum fiebat, natum postea ea uxore ducta, heredem esse posse. Et generaliter nato post testamentum herede scripto, aditus est ad hereditatem, in qualicunque statu testamenti faciendi tempore fuit, quæ postea testatori ciuiliter rupta est.*

Co M-

### COMMENTARIUS.

*Natum ex ea.* Pro Nasciturum. De postumis intelligit, vtriusque generis: sed præsertim de Velleianis.

*Tempore annorum.* Vide l. si patris, 6, C. de interd. mat. l. non est, 66, D. de ritu nupt.

*Utilis anni.* Quo in integrum restitutio peti potest.

*Tenorem etatis.* Tryphoninica locutio, pro Teneritatem etatis.

*Heredem esse.* Disceptatio ex scripto & sententia nata est. Scriptum erat ex illo Iuriscons. placito: de quo in l. 4, suprà eod. Ius est omni masculo, postumum suum heredem instituere, siue is maritus sit, siue nondum vxorem duxerit. Nam hanc particulam, Nondum vxorem duxerit, ita interpretabantur, Quam tum habere in matrimonio potuisset. Aduersarii contrà, quòd indefinite scriptum erat, indefinite accipiendū disputabant.

### §. Quid autem.

### Argumentum.

Partes pluribus postumis attributa, vni agnato debentur omnes.

*Quid autem si filium post testamentum natum ex besse, filiam autem post testamentum natam ex triente scripsit heredem, nec ullum coheredem dedit nec substituit inuicem alium? unus natus solus ex testamento fit heres.*

y 2 COM-

*Post testamentum natum.* Pro Nasciturum, ut suprà prox. §. Sed absurdum est hanc quæstionem ita ieiunè atque exciliter tractare. quapropter coniungenda erit l. Clemens, 81, D. de hered. instit. Porro illud perulgatum est, cum qui certæ rei heres instituitur, coherede nō dato, bonorum omnium hereditatem obtinere. l. coheredi, 41, D. de vulg. subst.

*Nec nullum coheredem.* Quod videtur propter Iuliani disputationem adiunxisse: de qua in l. si ita scriptum, 13, suprà eod. Tum enim uno agnato postumo, tamen as expletus est.

### Lex Gallus, XXIX.

H V I S l. interpretationem in commentario sex legum obscurissimarum posuimus: quem commentarium idem hic Typographus edidit.

### Lex XXX.

G A L V S libro septimo decimo ad  
Edictum prouinciale.

#### Argumentum.

Fili, qui in potestate est, præterito testamentum viviat.

Inter

*Inter cætera, quæ ad ordinanda testamenta necessario desiderantur, principale ius est de liberis heredibus instituendis vel exheredandis: ne præteritis istis rumpatur testamentum. nanque filio qui in potestate est præterito, inutile est testamentum.*

### COMMENTARIUS.

*Rumpatur.* Imo, Vitietur. vt l. i, infrà tit. prox. Verum hæ verborum proprietates disciplinæ caussa obseruantur. §. 3, Quib. mod. test. inf. sed quæri potest cum ipso iure heredes sint, quorum ita præcisè exigatur, vt à patre instituantur. Respondendum est, Ius istud à Iurisconsultis inductum fuisse: qui obliuione præteritos filios interpretabantur.

*Qui in potestate.* At emancipati præteriri iure Ciuii poterant, prætor tamen eis præteritis bonorum possessionem contra tabulas detulit: Exheredatis non detulit. l. non putavit, 8, D. cōt. tab. sed inofficiosi querelam reliquit. l. si post mortem, 10, §. Exheredati. eod.

### Lex XXXI.

P A V L V S libro secundo ad Sabinum.

#### Argumentum.

Fili captivi præterito testamentum rumpit.

*Dum apud hostes est filius, pater iure fecit testamentum, & recte eum præterit: cum si in potestate esset filius, nihil valiturum esset testamentum.*

Cautius est filium, quamvis hostium serum, instituere, aut exheredare. Nam si ibi decedat, nihil ea res nocet. fin redeat, præteritus rumperet. l. illa institutio, 32, §. D. de here. inst. l. si quis, 9, §. i, suprà eod. l. si quis, 6, §. sed si pater, infrà tit. i.

Lex vlt.

MARCIANVS, libro secundo Regularum.

Argumentum.

Si suus exheredato emancipato prætereatur, frustra contra tabulas petetur: sed vterque ab intestato veniet.

*Si filio emancipato exheredato, is qui in potestate est præteritus sit: ipse quidem emancipatus si contra tabulas petat, nihil agit; ab intestato autem & suus & emancipatus venient.*

COMMENTARIUS.

*Nihil agit.* Quia eius testamenti in quo suus præteritus est, tabulæ nullæ sunt. Contra tabulas autem quæ datur, datur contra testamen- tum, contra lignum.

*Ab intestato.* Vnde liberi: vt Vlpianus hanc eandem caussam tractans, scribit in l. i, §. vlt. D. vnde lib. vbi caussam ascribit, quasi nullas patet tabulas reliquisset. Vnde intelligitur Discep- tationem ex contrariè scriptis natam esse: quo- rum alterum est, Emancipato exheredato que-

relam

relam in officio dari. l. si post mortem, 10, §. ex- heredati, D. contr. tab. Alterum, Eius nullas esse tabulas qui suum heredem præterierit. Quod autem ex hac l. & d. §. vlt. l. i, D. secund. tab. non nulli argutantur, clausulam contra tab. ad res cindendum tantummodo testamentum vale- re, ad bonorum autem possessionem petendam non valere, sed ex clausula Vnde liberi, eam pe- ti: planè nugatorium est. Nam & ex decem clau- sulis quibus bonorum possessio conceditur, Contra tabulas, secunda est: & Vnde liberi, ex caussa intestati datur: illa ex testati. Denique hæc nunquam nisi cum testamenti tabulæ nul- lae sunt, conceditur: vt Rubrica ipsa denuntiat. & Vlp. in l. i, §. i, D. Vnde lib. sic loquitur: Ita pos- se eam bonorum possessionem competere, si neque secundum tabulas, neque contra tabulas bonorum possessio agnita sit. Neque aduersatur l. filium, 20, D. cont. tab. quasi qui emancipatus præteritus clausula contra tabulas satis tutus es- set, tamē ex clausula Vnde liberi possessionē pe- tet. Nam Julianus non in emancipati gratiam id induxit, cui satis per cōtra tabulas cautum erat: sed contra iuris summi rationem ex æquo & bono in filiifa. fauorem ita disputauit: ne (vt ipse ait) testamentum per omnia irritum, ad solam exheredationis notam profecisse videa- tur.

FINIS.

*Errata grauiora sic corrigito. name leuiora qua  
innumerabilia sunt omisimus.*

Pag.12. partem aliquam exegerit. pag.13. x xiii. horis. Kal. pro, post sextam. pag.14. Imo ratum & iustum est. pag.15. testamento facto contingens. pag.20. Deportatio caput minuit. pag.22. fecus existimandum sit. pag.33. Extat autem. pag.34. particula illa e R eo indicari videtur. Superiora autem. pag.35. vbi docetur, regulam. pag.52. relinqui poterat. pag.59. Cuiusmodi alienationes. pag.61. in testium conditione mutationem vitarentur. in ceteris admittentur. pag.62. signo sive sculptura. pag.68. vbi tamen Vlpianus. pag.98. interpretatione non adiuuari. pag.107. nonnulli ex antiquis. pag.109. in eorum gradu vestiatur. pag.112. gradu praefecsis. pag.119. de causis non possint. pag.132. nominatim filium appellari. vulgariter notam. pag.133. Cassiani æquitatem. pag.135. vxori suæ cauisse. pag.136. repudiantis filio. pag.137. illic legatarium. pag.139. attributo, qui partem. ad Geometricam. pag.140. reperienda institutum obseruare. pag.141. filiae, 4: postumo, 3: pag.159. difficile dictu est. pag.165. si se viuo nauis.